







[—————] LITTERAE Apostolicae quibus Institutio, Confirmatio et varia Privilegia continentur Societatis Iesu. Roma: Romae, in Collegio eiusdem Societatis, 1587. 4to. menor; 12 hs., 280 pp. Ejemplar con la firma autógrafa y restos de sello en lacre del Cardenal de la Curia Ovidio Erasmo, como Asistente de la Cámara Apostólica. El ejemplar lleva añadida la Bula de Gregorio XIV "Constitutio qua Societatis Institutum & ratio gubernandi confirmantur", impresa en Roma, en 1591, que consta de 18 pp., 1 h., autorizada con las firmas autógrafas de Juan de Zuazo, archidiácono de Olmedo, diócesis de Ávila, y de Juan Bermúdez, notario apostólico. Siguen en el ejemplar dos hojas, impresas en 1595, con el "Breve" de Clemente VIII prohibiendo a los religiosos de la Compañía el uso de la 'Bula de la Cruzada'. Va al fin el sello y firma del Secretario de la Compañía "Jacobus Dominicus". El conjunto de este ejemplar histórico lleva una autorización manuscrita, en la primera hoja blanca, dada en Medina a Luis de Roa, S. J. por el Preposito Provincial de Castilla el Padre Davila.



IDP-0



ES DE VICENTE DE LA FUENTE.

E. / C. C. F. /

His bullis uti Ludovicus de Roa Societas Iesu
cum facultate P. G. Davila Prep. Provincia
Castelle data Medina Anno Dni
1594. Mense Augusti.





LITTERÆ
APOSTOLICÆ,
QVIBVS INSTITVTIO,
CONFIRMATIO,

Et varia Priuilegia continentur
SOCIETATIS IESV.




R O M Æ,
In Collegio eiusdem Societatis.
M. D. LXXXVII.
Cum facultate Superiorum.





INDEX ALPHABETICVS
Eorum, quæ in his litteris Apo-
stolicis continentur.



Absolutio.



ABSOLVENDI ab omnibus peccatis, etiã referuat̃is & censuris, exceptis contentis in Bulla Cœne, facultas. pag. 20
Absoluendi à contentis in bulla Cœne, in terris infidelium, & alijs remotissimis provincijs, facultas, de licentia Præpositi. 43
Absolvere omnes de Societate ab omnibus peccatis & censuris, iuxta Sixti IIII. Maremagnum, Generalis potest, per se vel alics. pag. 31, 140.
De absolutione ab hæresi, & alijs contra fidem, in foro conscientie. 66
Absoluti à censuris Societate ingressuri reincident in eadem, nisi mox intrare & vota emittere parati sint. 32
Absolutio apostatarum referuatur. 95. & 240. Similiter & receptatorum. 95

Administratio.

Administrantur Sacramenta in Societate. 21, 35, 53
Administratio, seu gubernatio Collegiorum ad Generalem spectat. 8, 59
Admittere.
Admittendi ad Societatem quoslibet, iuxta constitutiones, facultas. 16
Admittendi non sunt, nisi qui diu diligentissimeque probati fuerint. 9
Admittendi non sunt Scholares, et Coadiutores nisi qui diligenter examinati, & idonei reperti sint. 61
Admitti possunt Coadiutores sine certo numero. 44

Aedificia.

Aedificia Societatis ne impediantur. 39. Nec intracannas privilegij Mendicantium. 77, 79. Et non ob statibus confirmationibus ac censuris etiam in politurum emanandis. 161



I N D E X.

- Aggregare.**
Aggregare potest Generalis
Primariæ Congregationi
Romanæ quasvis alias, vel
Scholarium tantum, veletiam
non Scholarium simul. 264
Item non Scholarium simpli-
citer. 274
- Alienatio.**
Alienandi facultas in eviden-
tem utilitatem, ac more So-
cietatis, conceditur. 170.
Extenditurque etiam ad
censuum venditiones. 204
- Alienare,** vel dissolvere Do-
mos, aut Collegia, Congre-
gatio generalis potest, iux-
ta constitutiones. 54
- Altare.**
Altaris portatilis generalis cõ-
cessio. 34. Abrogata per
Concil. Trid. Restituta ad
missiones. 193
- Altare** conceditur in Societa-
tis Oratorijs & Capellis
per Prouinciale approba-
tis. 143
- Ambitio.**
Ambitiosus, si conuincatur,
capax prælationis & digni-
tatis in Societate esse non
potest. 30
- Apostata.**
Apostate eorumque recepto-
res, fautores, consultores
excommunicantur. 94. 95
- Apostate & insolentes alij in-**
carcerari & excommuni-
cari possunt, tum à Gene-
rali; tum ab alijs Societatis
Superioribus. 33. 96
- Appellatio.**
Appellari non potest à corre-
ctione regulæ.
- Aperiendi.**
Aperiendi litteras sacræ Poe-
nitentiariæ facultas. 197
- Benedicere.**
Benedicere possunt nostri
vestes Sacerdotales, Pal-
las, Corporalia, Calices, Al-
taria, & Cœmeteria in re-
motissimis regionibus, si
non adsit Catholicus Epi-
scopus. 43
- Benedici** quomodo possint
Ecclesiæ Societatis. 39
- Bona.**
Bona Societati donata, pro
Collegiorum sustentatione,
eo ipso Apostolica auctori-
tate censentur perpetuo ap-
plicata. 39
- Bona temporalia** Collegiorum,
non potest Societas profes-
sa, in proprios vsus conuer-
tere. 8. 59
- Canna.**
Cannarum priuilegium
Mendicantibus conce-
ssum, non impedit Societa-
tis ædificia. 79. 161
- Censu-**

I N D E X.

- Censura.**
Censuras & irregularitates
pristinæ quomodo iterum
incurrant, qui ab eis per
ingressum in Societatem
fuerunt absoluti. 32
- Censuras** contra priuilegia So-
cietatis ferre, Prælati pro-
hibentur. 35
- Chorus.**
Chori immunitas. 131. vide
Officium.
- Coadiutores.**
Coadiutores possunt promo-
ueri ad Sacros Ordines. 25
- Coadiutores** spirituales & tẽ-
porales admittendi facul-
tas. 25. Sine restrictione nu-
meri. 44
- Coadiutores** vtrique parti-
cipes sunt omnium meri-
torum Societatis, sicut Pro-
fessi. 25
- Coadiutoribus** spiritualibus
viginti tantum potest Præ-
positus easdem gratias, &
facultates concedere, quas
Professi. 26. Imo & omni-
bus. 45. 140
- Collegia.**
Collegia redditibus dotata
habere potest Societas 8.
58. 233. vide Confirmatio.
etiam intra cannas Mendi-
cantium. 77. 161
- Collegia** simul atque constru-
ta vel donata fuerint, au-
- Autoritate Apostolica sunt
confirmata. 39. 58
- Commorari.**
Commorari & conuersari li-
cet Socijs, in terris excom-
municatorum, Infidelium
& hæreticorum de Præpo-
sitilicentia. 36
- Communicare.**
Communicare potest Gene-
ralis Socijs gratias à Paulo
3. concessas. 45 Imo & om-
nes, tum Societatis, tum alia-
rum religionum. 140
- Communicare** possunt Pro-
fessi inferiores Præpositi
facultates Societatis sibi
concessas à Generali de hu-
ius licentia. 70. Imo & non
Professi. 140
- Communicatio.**
Communicatio gratiarum So-
cietati conceditur, tum
Mendicantium, æque prin-
cipaliter. 115. tum aliorum
omnium ordinum, ac pio-
rum locorum & persona-
rum. 139. 140
- Commutatio.**
Commutandi vota omnia,
quinque exceptis, facultas
21. vota etiam iurata. 143
- Commutare** infirmis Societa-
tis officium Diuinum in
aliud opus, aut orationem
leuiorem potest Generalis
per se vel alios. 63



I N D E X.

Concionari.

Concionandi ubique facultas etiam in plateis, & non susceptis ordinibus sacris. 20
255.

Concionari ubi & quomodo possint semel approbati. 143.

Confessiones.

Confessiones quorumcumque audiendi facultas. 20. Etiam non habentium à suis curatis licentiam. 21. 41

Confessiones audire quomodo possint semel approbati. 143

Confirmatio.

Confirmantur constitutiones factæ, ac faciendæ. 16

Confirmatio & prima institutio Societatis pro numero sexaginta personarum tantum. 9. Item absque numeri restrictione. 16. 61

Confirmatio tam instituti quam privilegiorum, & gratiarum omnium Societatis. 61. 66

Plenior. 222. Plenissima; In qua confirmantur Institutum, Privilegia, & Constitutiones Societatis. 239. Nempe, Finis, Media. 227.

Longa approbatio. Biennium Novitiatus. Tria substantialia vota simplicia. Gradus Scholarium approbatorum; & Coadiutorum

temporalium non formatorum. 228. Formatorem idem. Tertius probationis annus. 229. Gradus Professorum quatuor votorum. Professio triu votorum. Gradus Coadiutorum spiritualium formatorum. 230. horumque paupertas. Quartum votum solemne. Vota quinque simplicia quæ Professio emittunt. 231. Pœnæ apostolice & excommunicationis. Earumque absolutionis reservatio. 232. Vnâ omnium viuendi & obediendi ratio. Domorum probationis & Collegiorum facultas possidendi bona. Domorum professorum & personarum omnium cuiuscunque gradus in Societate viuentium paupertas. Nouitiorum item promissio de distribuendis in opera pia bonis. Declaratur etiam eos qui expleto Novitiatus biennio tria substantialia Societatis vota simplicia emittunt verè & propriè Religiosos esse. 233. qui si à Societate deficiant, excommunicationis aliisque apostatarum pœnis subiacent. 234. Quod tria huiusmodi vota etsi simplicia, verè sint Religionis substantialia-

stantia-

I N D E X.

Substantialia vota. 239. illaque emittentes, verè & propriè sint Religiosi. Conceditur præterea Noua Exemptio. Pœnarum apostatarum innouatio. Absolutio nis earumdem reservatio. Nouum impedimentum matrimonium dirimens. 240. Præcipitur sub excommunicationis & alijs grauissimis pœnis, eo ipso incurendis, ne quis audeat Societatis institutum. Constitutiones vel ipsam Gregorianam, aut aliquid ex his, quouis quæsito colore, impugnare aut super his declarationes vel glossas facere, legere, docere, alijs tradere, vel apud se retinere, vel ea in dubium reuocare. 241. Sicque iudicari ac Ordinarios omnes litteras huiusmodi Gregorij obseruari facere debere. 242.

Confiteri.

Confiteri non nisi deputatis per Superiorem possunt Socij, non obstante quocunque privilegio 33. etiam Cruciatæ. 141

Congregatio.

Congregatio seu concilium quale in grauioribus, quale item in leuioribus, esse debeat. 454

Congregationes Annuntiatæ erigendi facultas Generali conceditur. 246

Constitutiones.

Constitutiones condendi facultatem habet Generalis in congregatione generali, ad maiorem suffragiorum partem. 4. & 54

Mutandi etiam, alterandi, & cassandi, quæ eo ipso censentur Apostolica auctoritate confirmatæ. 16

Constitutionum præcipuarum ad instituti substantialia pertinentium confirmatio. vide Confirmatio. & 232

Conseruatores.

Conseruatores Iudices sibi assumere possunt, Societatis, tum familiares Clerici. 122

Contractus.

Contractus non capitulariter, sed iuxta constitutiones celebrandi facultas. 102

Decima.

Decimas etiam papales, prædiales &c. aliaue onera soluere non tenentur non sibi 37. 84. 85. Cum derogatione etiam cap. Nuper de decimis. 182

Declaratio.

Declarantur simul & confirmantur substantialia fere omnia quæ ad Societatis institutum



I N D E X.

carum pertinent. vide Confirmationem.

Dignitas.

Dignitatem vllam Generalis absque Societatis, aut Socius vllus absque Generalis consensu, acceptare non potest. 30

Dimissus.

Dimissus à Societate, votorum simplicium illius obligatione liber omnino manet. 25. 60.

Dispensare.

Dispensare in nostrorum irregularitatibus, iuxta Sixti 4. Maremagnū, potest Generalis per se vel alios. 32

Dispensare cum nostris potest Generalis, & de eius licentia Superiores subordinati, circa defectum natalium, irregularitatemque omnem, præterquam homicidij, mutilationis, & bigamie. 40
Item per se vel Professos circa ieiunia & cibos prohibitos. 66. Et per quoscunque. 140

Dispensare possunt nostri, in remotissimis locis, cum Neophytis, qui ante conuersionem matrimonia in gradibus iure Diuino non prohibitis contraxerant, vt in eisdem permaneant. 43.

Doctrina Christiana.

Doctrinam Christianam docere pueros & rudes nominatim commendatur nostris. 6

Domus.

Domus vbique habendi facultas. 38

Domus Professorum redditus vllos habere non possunt. 7. 58. 227. Vide Confirmationem.

Domus probationis redditus ac bona stabilia habere possunt. 83. 84. 227. vide Confirmationem.

Donationes.

Donationes quæcunque Societati factæ, eo ipso sunt Apostolica auctoritate confirmata. 38

Dubia.

Dubia in nostro instituto declarandi facultatem habet Generalis. 54

Ecclesia.

Ecclesias vbique habendi facultas. 38

Ecclesie Societatis à quocunque Episcopo quomodo benedici aut consecrari possunt. 39

Electio.

Electio Præpositi Generalis ad quos pertinet. 4. 54. & quo pacto. 57

Eligere

I N D E X.

Eligere loco defuncti Prouincialis alium possunt nostri, in remotissimis regionibus, dum alius per Generalem mittitur. 43

Erectio.

Erigendi & reformandi Ecclesias, hospitalia, & alia pia loca, in remotissimis regionibus facultas. 43

Eucharistia.

Eucharistie sacramentum in Ecclesijs suis tenere licet Societati, & omnibus fidelibus illud à Societate sumere, non tamē in Paschate, nec in articulo mortis. 41

Excommunicatio.

Excommunicatur Apostata, qui emissis Societatis votis, ab ea vel recedunt; vel etiam ad alium ordinem (Carthusiensi excepto) absque licentia Generalis transeunt; reservata absolute Pontifici vel Præposito. 94. 226. 227. Vide Confirmationem.

Excommunicantur item qui eos recipiunt auxiliumue, consilium, vel fauorē præstant. 95

Excommunicari & incarcerari possunt Societatis, Apostata, & insolentes alij &c. 33
Excommunicare suspendi vel interdici Socij contra eorū

privilegia ab vllis Prelatis non possunt. 35

In Excommunicatorum &c. terris conuersari. 6

Excommunicationi nõ subiacent tam familiares nostri, quam domestici Procuratores, & operarij, nisi vel causam dederint, vel nominati sint. 35. Abrogatum.

Exemptio.

Eximitur Societas vniuersa & eius bona à quacunque, tum decimarum solutione 37. 84. 85. 181. tum Ordinariorum iurisdictione. 10. 34. & 239. à curis item alijs instituto non consentaneis. 36. vide Societas.
A publicis item supplicationibus. 153

Exercitia.

Exercitia spiritualia inter alia ministeria ad profectum animarum adhibet Societas. 353

Facultates.

Facultatibus tum suis, tum aliorum ordinum vititur Societas, more suo; hoc est, arbitrio Generalis per quoscunque de Societate. 140.

Generalis.

Generalis in prælatione sua sit semper memor formulæ benignitatis, mansuetu-



I N D E X.

- suertudinis, & Charitatis Christi, Petri Paulique. 6. 57. Totum iubendi & ordinandi ius habet. 4. 55. etiã in contractibus ineundis 107. omnimodam gubernationem Collegiorum & studentium. 8. Plenam administrationem, & in omni iurisdictione. 29. Omnem potestatem supra Societatem. 57. Potest in certis casibus amoueri, & alius substitui 29. Potest & ire, & subditos mittere quocumque, etiã ad infideles, & reuocare. 30. Socijs licentiam transeundi ad alium ordinem concedere. 33. 94. 95. 208. Gratias à Paulo. 3. concessas per alios exercere. 45. Alias item omnes 140. Indulgentias Primariæ Cõgregationis alijs eisdem per ipsum aggregatis Scholarium Congregationibus concedere. 26. etiam non Scholarium. 275
- Gradus.**
Gradus in Collegijs dat Rector aut Præpositus. 69. 85. Aut studiorum Præfectus. 189.
Gradus suscipere possunt nostri in Collegijs extra Vniuersitates, & in his etiam, si earum Rectores gratis dare recusant. 69. Similiter & externi, qui apud nos stuerint. 86
Gradus qui à nobis susceperint, privilegijs Vniuersitatum gaudent. 68. 82. 189
Gradus in Vniuersitatibus à nostris suscipi, cur non expediatur. 83
Gradus omnes personarum Societatis confirmantur. vide Confirmatio & 232
- Gratis.**
Gratiæ & privilegia Mendicantibus concessa & concedenda, Societati conceduntur. 115. Aliorum item ordinum, locorum & personarum; ijsque vitur more suo. 139. 140
- Gubernatio.**
Gubernatio Collegiorum omnimoda est penes Generalem vel Societatem. 8. 59
- Iesu nomen.**
Iesu nomine Societas insignitur. 3. 74. 101. Et alijs locis.
- Indulgentia.**
Indulgentia septem annorum & totidem quadragenarum pro visitantibus Ecclesias Societatis certis diebus. 42
Indulgentiæ omnes aliorum locorum conceduntur Socijs in suis Ecclesijs. 195
Indulgentia plenaria alicui Societatis Ecclesiæ potest à Gene-

I N D E X.

- Generali concedi semel in anno 41. Imo & singulis Ecclesijs conceditur. 188
- Institutio puerorum.**
Institutio puerorum, & rudium nominatim pertinet ad institutum Societatis. 3. 53. Et commendatur nominatim. 6. & 7
- Interdictum.**
Interdicti tempore, celebrandi, & Sacramenta iis, qui vel causam non dederint, vel nominati non fuerint, ministrandi facultas, pro Præpositis, & de horum licentia pro Socijs alijs. 34. Abrogata per Conc. Trid. Interdicti tempore, pro Societatis domesticis, familiaribus, procuratoribus, & operarijs Diuina audiendi facultas. 35. Abrogata. Vide Irregularitas. Dispensatio.
- Lectores.**
Lectores Theologiæ, & aliarum facultatum deputare potest vbi libet Generalis. 42. Etiam in Vniuersitatibus, non concurrente tamen tribus horis quotidie. 107. Imo duabus pag. 189
- Libri prohibiti.**
Libris non quidem hæreticis, sed alijs prohibitis, quibus & quomodo uti liceat nostris. 134
Libros & proprios & aliorum quos & quomodo emendare liceat. 134
Libros proprios emendare debent nostri iuxta catalogum, & decretum Ro. Inquisitionis, vt retinere possint. pag. 135
Libros hæreticos & alios prohibitos legendi, ad eos impugnandum, facultatè nostris facere quomodo possit Generalis. 133
- Matrimonium.**
Nouum impedimentum dirimens matrimonium statuitur. 233
- Mederi.**
Medendi facultas quæ nã fiat Socijs Medicinæ peritis. 149
- Mendicantes.**
Mendicans ordo vere esse declaratur Societas. 114
Mendicantium privilegia omnia Societati conceduntur. 96. Adhuc plenius concessa & concedenda. 115
- Ministeria.**
Ministeria & opera pietatis, quæ ad profectum animarum gratis exercet Societas. 3. 53
Ministeriorum Societatis utilitas.



I N D E X.

- utilitas ac necessitas. 157
Missa.
Missam officio diuino prap-
nendi facultas. 68
Missam bis in die celebrandi
potestas in remotissimis re-
gionibus. 44
Missam circa diurnam lucem
& infra horam post meri-
diem celebrandi facultas.
21. Etiam per horam ante
auroram. 189
Missam tempore etiam inter-
dicti celebrandi facultas.
34. Abrogata.
Missam & Diuina officia a-
pud nostros audire possunt
qui concionibus eorum in-
terfunt, &c. 35
Missam celebrandi facultas in
Oratorijs & Capellis Socie-
tatis per Prouincialem ap-
probatis. 143
Missiones.
Missiones apud Summum Pö-
tificem nõ procurandæ. 56
Mittendi subditos etiam ad
Infideles, & reuocandi, po-
testatem habet Generalis
pag. 30
Moniales.
Monialium, &c. curam Socij.
suscipere non tenentur. 36
Nouitiatus.
Nouitiatus Biennij con-
firmatur, similiter &
Promissio de distribuendis
- ad pios, vsus bonis 227.
vide Confirmatio.
- Obedire.*
Obediant subditi Præpo-
sito in omnibus; Et in
eo Christum veluti præsea-
tem agnoscant, veneren-
turque. 7.57
Officia.
Officio priuari seu absolui, pe-
ti non potest. 31
Officiorum & graduum di-
cretio ac distributio tota
est in manu Generalis 4.54
Officium diuinum.
Officium diuinum non tenen-
tur nostri dicere commu-
niter, siue in choro. 8.59.
& 131.
Officium diuinum Missæ ce-
lebrationi postponendi, ac
infirmis Societatis commu-
tandi. 68
Officium Diuinum prapone-
di & postponendi facultas.
pag. 68
Officium trium lectionum
recitandi facultas. 21. Ab-
rogata.
- Oratoria.*
Oratoria vbique habendi fa-
cultas. 34.39
Oratoria & Capellas Socie-
tatis ad Missas cebrandas
approbare possunt Prouin-
ciales. 143
Ordi-

I N D E X.

Ordines.

Ordines etiam Sacros à quo-
cunque Antistite suscipiē-
di facultas. 36. Etiam an-
te professionem. 25. 131.
Etiam extra tempora. 210

Paupertas.

Paupertas, tum Domorū,
tum Collegiorum. 7.8.
53.58. Bona.
Paupertas Coadiutorum for-
matorum cõfirmatur 225.
Domorum item Professō-
rum. Scholarium & Coa-
diutorum non formatorū.
Nouitiatus etiā ratio pau-
pertatis & promissio distri-
buendi. 227

Prælati.

Prælati & Principibus com-
mendantur nostri, vt ab eis
benigne suscipiantur. 46
Prælatorum ministerijs depu-
tare Socium aliquem non
tenentur Societatis Supe-
riores, Si qui tamen depu-
tentur, & sub ordinis cor-
rectione sint, & reuocari
possint. 31

Præpositi.

Præpositi inferiores commu-
nicare quomodo possint a-
liis facultates. 70.140

Priuelegia.

Priuelegijs & gratijs omnium
ordinum quo pacto Socie-
tas vtatur. 140

Priuelegijs quibuslibet nostri
non nisi de expressâ supe-
riorum licentia vti pos-
sunt. 140

Priuelegiorum Societatis in-
terpretatio Sedi Apostoli-
cæ reseruat 15.233.234
vbi etiam eorū ac inuituti
impugnatio, seu in dubium
reuocatio, sub excommuni-
cationis & alijs pœnis eo ip-
so incurrendis interdici-
tur.

Probatio.

Probatio longa, simul & ex
quæ biennij Nouitiatus, &
Tertij anni sunt, probatio-
nes confirmantur, 222.
224. & 232. vide Cor-
firmatio.

Professi.

Professi, nec priuatim nec
communiter redditus vl-
los habere possunt, nec eo-
rum Domus aut Ecclesiæ.
pag. 7.58
Professi senes vel infirmi pos-
sunt ex Generalis facultate
in Collegijs habitare. 71

Professio.

Professionem Romæ dumtaxat
faciendam. 26. Imo &
vbi libet emitti posse. 44
Ad professionem non admit-
tantur nisi diu diligentissi-
meque probati. 60

Prouin



I N D E X.

Provincialis.

Provincialis defuncti loco alium eligere possunt nostri, in remotissimis regionibus, dum alius per Generalem mittitur. 43

Reconciliare.

Reconciliandi prophanas Ecclesias facultas in remotissimis regionibus, ubi Catholicus Episcopus non adest. 43

Religiosus.

Eos omnes qui biennio novitiatus in Societate peracta tria vota tamen simplicia emiserunt, fuisse, esse & fore verè & proprie Religiosos. 218. 233

Reservatur absolutio apostatarum 95. & 233. Similiter & receptatorum. 95

Sacramenta.

Sacramenta administrandi facultas. 21. 35. 41
Sacramenta administrandi facultas interdicti tempore ijs qui causam non dederint. 34. Abrogata.

Sepelire.

De Sepeliendis familiaribus domesticis tempore interdicti. 34

Societas.

Societas congregata ad normam benignitatis, ac man-

uetudinis, charitatisque Christi, Petri, Paulique assidue spectet. 657

Similiter & Consilij. Ibid.
Societas suscipitur sub protectione Sedis Apostolicæ. 10 non debet carere viris sua impensa & labore edocetis. 92. Ordo Mendicans esse declaratur. 114. Liberatur à quacunque visitatione, causarum cognitione, sententiarum denuntiatione & Religiosarum personarum cura. 36

Societatis primorum Patrum exercitia. 250

Societatis viuendi formula Euangelicis consilijs, & canonicis Patrum functionibus conformis est. 3

Societatis Instituti formula. 3
Adhuc explicatio. 53. Confirmationes alie. 61. 66. 217. 230.

Societatis finis, profectus animarum, & fidei propagatio ac media. 3. fidei etiam defensio; & alia media. 53

Societatis finem, Denique ipsum præ oculis semper habere curen Socij, totisque viribus assequi, unusquisque tamen secundum gratiam sibi à Deo datam, & vocationis proprium gradum. 34. 53. 54

Societatis ministeriorum utilitas &

I N D E X.

litas & necessitas. 157
Societatis institutum quod ad vota simplicia attinet quodque illa emittentes sint vere Religiosi, declaratur. 217. 232. adque in dubium vocari interdicitur. 218

Societatis instituti, constitutionum, aut Priuilegiorum, aut horum articuli cuiusuis impugnationi sub excommunicationis & alijis penis eo ipso incurrendis interdicuntur. 234. vide Confirmatio.

Socij postquam, Domino inspirante, huic Iesu Christi militie nomen dederint, prompti, ac die noctuque lumbos succincti, esse debent, ad tam grandis debiti solutionem. 556

Sociorum numerus ad LX. restringitur. 10. Restrictio tollitur. 16

Stipendium.

Stipendium nullum pro suo in ministerijs labore accipere potest Societas. 53

Transire.

Transire ad alium ordinem, præterquam ad Charthusiensem, nostri emissis iuxta constitutiones votis, non possunt; nisi de Sedis Apostolicæ vel Generalis Præpositi licentia. pag. 33-94

Nec alias ingressus tenet. pag. 95. Nec licet secundo ad Charthusienses, 242. 243. Licet vero etiam profectis ad quæcumque, à Generali Præposito emittantur. 208

Victus & vestitus.

Victum & vestitum, &c. honestorum Sacerdotum communem sequitur Societas. 59

Visitatio.

Visitationis, &c. officium suscipere non tenentur nostri. 36

Votum.

Vota omnia, exceptis quinque, commutandi facultas, 21. Etiam si iurata sint, non tamen in præiudicium tertij. 143

Votis Societatis simplicibus soluti manent dimissi à Societate. 25. 60

Vota omnia que in Societate iuxta Constitutiones emittuntur, Approbantur, vide Confirmatio. & 232

Vota tria simplicia Societatis esse substantialia Religionis vota declaratur. pag. 232

Votum obediendi Præposito in omnibus. 656

Votum paupertatis. 758

&



I N D E X.

Votum speciale ad missiones
Summi Pontificis. 55.
Vota sua emittere debent
Coadiutores & Scholasti-
ci iuxta constitutiones. 60.

Vota tria solemnia aliqui de
Societate emittere pos-
sunt, de licentia Genera-
lis. 60.

F I N I S.



~~INDEX LITTERARVM~~
INDEX LITTERARVM
Apostolicarum hoc libello
contentarum.



PAVLI III.

P rima Instituti Societatis ap- probatio. pag. 1	
Facultas quosuis idoneos ad- mittendi, & constitutiones con- dendi.	11
Facultas concionandi, &c.	19
Facultas Coadiutores admittendi. pag.	24
Privilegia plurima.	28

IVLII III.

C onfirmatio alia instituti.	49
†	Con-



I N D E X.

Confirmatio Priuilegiorum, & alio-
rum concessio. 65

P II III.

Confirmatio & noua concessio edi-
ficandi ubique, etiam intra
cannas, &c. 73.156

Extensio facultatis conferendi gra-
dus, & exemptionis à decimis.
pag. 81.176

P II V.

Contra Apostatas. 90

Circa contractus non capitula-
riter celebrandos. 101

Circa praelectiones in Collegijs, et in
favorem Scholarium Societatis.

pag. 105
Decla

L I T T E R A R V M.

Declaratur Societas Mendicans,
eique Mendicantium priuilegia
communicantur. 112

GREGORII XIII.

Conseruatores assumendi facul-
tas. 120

Approbatio immunitatis à choro
& professionis propter ordines.
pag. 130

Circa usum librorum prohibito-
rum. 133

Facultas utendi priuilegijs more So-
cietatis. 137

Medendi facultas. 148

Exemptio à publicis supplicati-
onibus. 151

Confirmatio derogationis priuile-
gij canuarum &c. 156

ii 2 Fa-



INDEX.

Facultas alienandi.	167
Derogatio cap. Nuper de Decimis. pag.	176
Indulgentia plenaria, & facultates alie.	183
Altaris viatici vsus.	193
Indulgentie aliarum Ecclesiarum pro Societatis Ecclesiis.	195
Aperiendi litteras Sacre Penitentiariæ facultas.	197
Alienandi facultatis extensio.	200
Transseundi ad alios ordines de licentia Prepositi Generalis.	209
A quocunque Antistite ordines etiã extra tempora suscipiendi.	212
Instituti Constitutionum ac Privilegi- orum Societatis Confirmatio, & Declaratio, &c.	216
Nova instituti Societatis Confirmatio.	225
Exemptionis antiquæ confirmatio	ac

LITTERARVM.

ac noua concessio.	246
Transire secundo ad Carthusiam, sine Prepositi Generalis licentia non licet.	250
Predicandi facultatis declaratio & noua concessio.	254
Aggregandi alias Congregationes primariæ.	257
Extensio facultatis aggregandi Congregationes.	269





IN NOMINE SANCTISSIMAE
& Individuæ Trinitatis, Patris & Filij,
& Spiritus Sancti. Amen.

NOVERINT Vniuersi & singuli hoc præsens publicè
transcripti Instrumenta visuri lecturi pariter & auctori-
ri, Quod nos **AVGVSTINVS CVSANVS** Iur Vtr.
Doct. Mediolanensis Prothonotarius Apostolicus S.D.N. Papæ
cuiusque Camerarij; necnon curiæ causarum Camera Apo-
stolicæ Generalis Auditor Romanæque curiæ Iudex ordina-
rius, sententiarum quoque & censurarum in eadem Romana
curia & extra latorum, ac litterarum Apostolicarum quarum-
cunque vniuersalis & merus exequutor ab eodem S.D.N. Pa-
pa specialiter deputatus. Quia ratio exigit, & æquitas persua-
det veritati semper testimonium perhibere, idcirco ad in-
stantiam, & requisitionem R.P. Marij Fuccioli de ciuitate ca-
stelli, totius venerabilis Societatis Iesu Procuratoris Generalis
omnes & singulos sua communiter vel diuisim interesse putan-
tes eorumque procuratores si qui essent in Romana curia, pro-
eisde ad dicendū, & excipiendum quicquid verbo, vel inscri-
ptis dicere vel excipere volebant contra & aduersus quascūq;
litteras Apostolicas, quarumcunque gratiarum, immunitatum,
exemptionum, priuilegiorū, ac indultorū per diuersos Romanos
Pontifices dictæ venerabili Societati Iesu concessorum, tam
sub plumbo quā sub Annulo Piscatoris expeditas, apud acta
infrascripti nostri Notarij exhibitas & productas, videndum iu-
rare testes super illarum recognitione, quatenus opus sit, eas-
demque litteras Apostolicas videndum transumi & exemplari,
& in publicam transumpti formam redigi mandari, aucto-
ritatemque pariter & decretum dictæ curiæ per Nos interpo-
ni, vel dicendū, & causam si quā haberent rationabilem qua-
re præmissa fieri minime deberent, allegandum, per edictum
publicum ad instar illorum quæ olim in albo prætoriolegi con-
sueuerant stantibus feriis generalibus nuper de mandato Do-
misi Nostri Papæ indictis, citari fecimus & mandauimus ad
diem & horam infrascriptis; Quibus quidem die & hora ad-
uenientibus comparuit in iudicio coram nobis idem R.P. Ma-
rius




rius Fuccinus dictæ venerabilis Societatis Procurator Generalis, de cuius procuracionis mandato in actis Notarij nostri infra scripti constat, & cedulam edicti publici in valuis curiæ nostræ, acie Campi Floræ, aliisque locis publicis & consuetis almæ vrbis per vnum ex S. D. N. Papæ Curforibus nostro de mandato lectam affixam & publicatam facto realiter & inscriptis reportauit; citatorumque in ea contentorum non contemptum contumaciam accusauit: ipsosque contumaces reportari, & in eorum contumaciam diuersas litteras Apostolicas, sub plumbo, ac Annulo Piscatoris respectiue expeditas diuersarum gratiarum, immunitatum, & exemptionum per diuersos Romanos Pontifices dictæ venerabili Societati concessorū coram nobis exhibuit & præsentauit, illasque transumi & exemplari, & in hanc publicam transumpti formam redigi mandari auctoritatemque & decretum dictæ nostræ curiæ interponi per nos debita cum instantia postulauit. Nos tunc AVGVSTINVS Cusanus Auditor & Iudex præfatus dictos citatos non comparentes merito reputauimus, prout erant, iustitia ita suadente, contumaces, & in eorum contumaciam dictas litteras Apostolicas ad manus nostras recepimus, vidimus, legimus, tenuimus, & diligenter inspeximus, & quia illas sanas, integras, & illelas, non vitatas, non cancellatas, nec in aliqua earum parte suspectas, ac alias more solito debite & legitime expeditas; omniq; prorsus vitio & suspitione carere inuenimus: easdem singulas litteras Apostolicas ad dicti R. P. Marij Fuccini Procuratoris Generalis prædicti vltiorē instantiam & requisitionē per D. Ouidium Erasimum de Cæsis ciuem Romanum, dictæ curiæ nostræ Notarium publicum infra scriptū transumi, exemplari & publicari & in hanc publicam transumpti formam redigi mandauimus, & fecimus. volentes, & auctoritate dictæ nostræ curiæ decernentes, quod præsentī publico nostro transumpto de cætero & in antea, tam in Romana curia, quam extra, vbi que locorum, in iudicio & extra stetur, illique detur & adhibeatur talis & tanta fides, qualis & quanta originalibus ipsis litteris Apostolicis sub plumbo, & Annulo Piscatoris respectiue vt moris est expeditis, ac illarum singulariter in singulis datur & adhibetur, dareturque & adhiberetur, si in medium exhibite fuissent, aut ostensa. Quarum litterarum Apostolicarum tenor sequitur & est talis **VIDELICET.**

PAVLI III. R
PRIMA INSTITVTI
SOCIETATIS IESV
APPROBATIO.

Cum restrictione numeri ad
personas sexaginta
duntaxat.

Anno. M. D. XL.



PAVLVS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Regimini Militantis Ecclesie, meritis licet imparibus, disponente Domino presidentes, & animarum salutem prout ex debito pastoralis officij tenemur, sollicitis studijs exquirentes, fideles quoslibet, qui vota sua in id exponunt, Apostolici fauoris gratia consouemus, aliasque de super disponimus, prout temporum, & locorum qualitate pensata, id in Domino conspiciamus salubriter expedire. Nuper siquidem accepimus, quod dilecti filij, Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, nec non
A *Clau-*

Primi decem Patres Societatis.



2

Confirmatio

Claudius Iaius, & Paschasius Broet, ac Franciscus Xavier, necnon Alfonsus Salmeron, & Simon Rodericus, ac Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, presbyteri Pampilonen. Gebennen. Seguntin. Toletan. Visen. Ebredunen. et Palentin. ciuitatum, & dioc. respectiue, in artibus Magistri, in Vniuersitate Parisiensi gradua ti, & in theologicis studijs per plures annos exercitati, Spiritu sancto, vt pie creditur, afflatti, iam dudum è diuersis mundi regionibus discedentes, in vnum conuenerunt & Socij effecti, abdicatis huius seculi illecebris, eorum vitam perpetuo domini nostri Iesu Christi, atque nostro & aliorum successorum nostrorum Romanorum Pontificum seruitio dedicarunt; & iam quam pluribus annis laudabiliter in vinea Domini se exercuerunt; verbum Dei prauia sufficienti licentia publicè predicando, fideles priuatim ad bene beateque viuendū exhortando, & ad pias meditationes excitando, hospitalibus inseruiendo, pueros; & personas rudes, ea, quæ ad Christianam hominis institutionem sunt necessaria, docendo; & demū omnia caritatis officia, & quæ ad animarum consolationem faciunt vbique terrarum, vbi peregrinati sunt, multa cum laude obeundo. Cumque ad hanc almam urbem se contulerint, & in caritatis vinculo persistentes ad perficiendam, & conseruandam eorū societatis in Christo

Prima Partium exercitia.

Instituti.

3

sto vnionem, quandam viuendi formulam, iuxta ea, quæ ad propositum sibi finem conducere vsu didicerunt, euangelicis consilijs, & canonicis Patrum sanctionibus conformè ediderint; factum est, vt ipsorum sociorum vita institutum, sub dicta formula comprehensum, non solum à multis probis viris, & Deum zelantibus laudetur; verum etiā à quibusdam ita approbetur, vt illud etiā sequi velint. Formula autè prædictæ tenor sequitur, & est talis. Quicumq. in societate nostra, quam IESV nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, & soli Domino, atq. Romano Pontifici eius in terris Vicario seruire, post solemne perpetua castitatis votum, proponat sibi in animo, se partem esse Societatis, ad hoc potissimum instituta, vt ad profectum animarum in vita, & doctrina Christiana, ad fidei propagationem, per publicas predicationes, & verbi Dei ministerium, spiritualia exercitia, & caritatis opera, & nominatim per puerorum, ac rudium in Christianismo institutionem, ac Christi fidelium, in confessionibus audiendis, spiritualem consolationem præcipue intendat; curetque primo Deum, deinde huius sui instituti rationem, quæ via quædam est ad illum, semper ante oculos habere, & finem hunc sibi à Deo propositum totis viribus assequi; vnusquisque tamen secundum gratiam sibi à

PAVLI
III.

Instituti
Societatis
formula.

Votum ca-
stitatis.

Finis insti-
tuti.

Institutio
puerorum.

A 2 Spiritu



PAVLI
III.

Officiorū
distributio

De condē
dis consti-
tutiōibus.

Soeciale
votum obe

4

Confirmatio

Spiritu sancto subministratam, & vocationis suae proprium gradum, ne quis forte zelo utatur, sed non secundum scientiam. Cuius proprii cuiusque gradus iudicium, & officiorum discretio, ac distributio tota sit in manu Praepositi seu Praelati, per nos eligendi, ut congruus ordo seruetur, in omni bene instituta communitate necessarius. Qui quidem Praepositus de consilio consociorum, Constitutiones ad constructionem huius propositi nobis finis conducentes in consilio condendi auctoritatem habeat, maiori suffragiorum parte semper statuendi ius habente. Consiliū vero intelligatur esse, in rebus quidē grauioribus, ac perpetuis, maior pars totius Societatis, quae à Praeposito commodē conuocari poterit: in leuioribus autem, & temporaneis, omnes illi quos in loco, vbi Praepositus noster residebit, praesentes esse contigerit. Iubendi autem ius totum penes Praepositum erit. Sciant omnes Socij, & non solum in primis professionis suae foribus, sed, quoad vixerint, quotidie animo voluant, Societatem hanc vniuersam, & singulos sub sanctissimi Domini nostri Papae, & aliorum Romanorum Pontificum successorum eius, fidei obedientia Deo militare. Et quamuis Euangelio doceamur, et fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter profiteamur, omnes Christi fideles Romano pontifici, tanquam capiti ac Iesu Christi

Instituti.

5

PAVLE
III.

diendi Ro-
mano Pon-
tifici.

sti Vicario, subesse: ad maiorem tamen nostrae Societatis humilitatem, ac perfectam vniuersiusque mortificationem, & voluntatum nostrarum abnegationem, summopere conducere iudicauimus, singulos nos, vltra illud commune vinculum, speciali voto astringi, ita, ut quidquid modernus, & alij Romani Pontifices, pro tempore existentes iusserint, ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quascunque Provincias nos mittere voluerit, sine vlla tergiversatione, aut excusatione, illico, quantum in nobis fuerit, exequi teneamur; siue miserit nos ad Turcas, siue ad quoscunque alios infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, existentes: siue ad quoscunque haereticos, seu schismaticos, seu etiam ad quosuis fideles. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, & antequam huic oneri humeros supponant, diu, multumque meditentur, an tantum pecuniae spiritualis in bonis habeant, ut turrim hanc iuxta consilium Dominicum possint consummare: hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit tantum illis gratiae polliceatur, ut huius vocationis pondus, illo adiuuante, se laturos sperent: & postquam, Domino inspirante, huic IESU Christi militiae nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, & ad tam grandis debiti solutionem prom-

A 3 pti



6 Confirmatio

PAVLI
III.
Missiones
non procu-
randa.

pti esse debent. Ne qua autē possint esse in-
ter nos missionū, ac prouinciarū huiuscemodi,
aut ambitio vel detrectatio; profiteatur singu-
li, se nunquam directe, aut indirecte de hu-
iusmodi missionibus quidquam cum Romano
Pontifice curaturos: sed omnem hanc cu-
ram Deo, & ipsi Pontifici tanquam eius Vi-
cario, & Societatis Præposito dimissuros. Qui
quidem Præpositus, sicut ceteri, etiam profi-
teatur, se nihil de suimetipsum missione in al-
terutram partem, nisi de Societatis consilio,
cum dicto Pontifice esse curaturum. Voueant
singuli se in omnibus, quæ ad Regulæ huius
nostræ obseruationem faciunt, obedientes
fore Societatis Præposito. Ille autem iubeat
ea, quæ ad constructionem propositi sibi à
Deo, & à Societate finis cognouerit esse op-
portuna. In prælatione autem sua, benignita-
tis, ac mansuetudinis, caritatisque Christi,
Petri Paulique formulæ semper sit memor:
& tam ipse, quam consilium ad normam
hanc assidue spectent; & nominatim com-
mendatam habeant institutionem puerorum,
ac rudium in Christiana doctrina decem præ-
ceptorum, atque aliorum similium rudimen-
torum, quæcunque secundum circumstantias
personarum, locorum, ac temporum, illis
congrua videbuntur. Est enim maxime neces-
sarium, circa prouidentiam huius rei diligenter
Præpo-

Votum o-
bedientiz.

Gubernan-
di ratio.

De institu-
tione pue-
rorum, ac
rudium.

Instituti.

7

PAVLE
III.

Præpositum, & consilium inuigilare; cum &
in proximis ædificium fidei sine fundamento
non possit consurgere, & in nostris periculum
sit, ne, vt quisque erit doctior, ita prouinciam
hanc, tanquam primo aspectu minus specio-
sam forsitan detrectare conetur: cum tamen
re vera nulla sit fructuosior, vel proximis ad
ædificationem, vel nostris ad caritatis, & hu-
militatis simul officia exercenda. Subditi vero
tum propter ingentes ordinis vtilitates, tum
propter nunquam satis laudatum humilita-
tis assiduum exercitium, Præposito in om-
nibus ad institutum Societatis pertinentibus
 parere semper teneantur, & in illo Christum,
veluti præsentem agnoscant, & quantum de-
cet, venerentur. Cum autem experti fuerimus
iucundio rem, puriorem, & ad proximi ædifi-
cationem aptiorem esse vitam ab omni auari-
tiæ contagione quam remotissimam, & euan-
gelicæ paupertati quam simillimam; cumque
sciamus Dominum nostrum Iesum Christum
seruis suis regnum Dei solum inquirentibus
necessaria ad victum, & vestitum esse submi-
nistraturum; voueant singuli, & vniuersi
perpetuam paupertatem, declarantes, quod
non solum priuatim, sed neque etiam commu-
niter possint pro Societatis sustentatione, aut
vsu, ad bona aliqua stabilia, aut ad prouen-
tus, seu introitus aliquos, ius aliquod ciui-

Obedien-
tia subdi-
torum erga
Præpositū.

Votum pau-
pertatis.



8 Confirmatio

le acquirere: sed sint contenti vsu tantum rerum sibi donatarum ad necessaria sibi comparanda recipere. Possint tamen habere in vniuersitatibus Collegium, seu Collegia habentia redditus census seu possessiones, vsibus, & necessarijs studentium applicandas: retenta penes Præpositū, & Societatem omnimoda gubernatione, seu superintendentia super dicta Collegia, & prædictos studentes, quoad gubernationem, seu gubernatorum, ac studentium electionem, ac eorundem admissionem, emissionem receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, circa studentium instructionem, eruditionem, adificationem, ac correctionem, victus, vestitusque eis ministrandi modum, atque aliam omnimodam gubernationem, regimen, ac curam; sic tamen, vt neque studentes dictis bonis abuti, neque Societas in proprios vsus conuertere possit, sed studentium necessitati subuenire. Qui quidem post cognitum in spiritu, & litteris eorum profectum, & post sufficientem probationem, in Societatem nostram admitti possint. Socij omnes quicumque in sacris fuerint, quamuis beneficia Ecclesiastica, aut eorum redditus non habeant; teneantur tamen singuli priuatim, ac particulariter, & non communiter, ad dicendum officium secundum Ecclesiæ ritum. Hæc sūt, quæ sub præfati Domini nostri Pauli, et Se dis

De diuino officio recitando.

Instituti.

9

dis Apostolica beneplacito, de nostra professione, typo quodam explicare potuimus. Quod nunc fecimus, vt summam scriptione hac informaremus, tum illos, qui nos de nostro vitæ instituto interrogant, tum etiam posteros nostros, si quos, Deo volente, imitatores vnquam habebimus huius vitæ. quam cum multas magnasque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum iudicauimus etiam statuere, ne quis in hac Societate recipiatur, nisi diu ac diligentissime fuerit probatus: cumque prudens in Christo, & vel doctrina, seu vitæ Christianæ puritate apparuerit conspicuus; tunc demum admittatur ad Iesu Christi militiam, qui tenuibus ceptis nostris fauere dignetur ad gloriam Dei patris, cui soli sit semper decus, & honor in secula, Amen. Cum autem nil in præmissis reperitur, quod pium non sit, aut sanctum; Nos, vt ijdem Socij, qui nobis super hoc humillimè supplicari fecerunt, in eorum pio viuendi proposito, eo promptiores existant, quo se maiori sedis Apostolicæ gratia complecti cognorint, & præmissa per nos approbari viderint, præmissa omnia, & singula tanquam ad spirituales profectum eorundem Sociorum, & reliqui Christiani gregis opportuna, Apostolica auctoritate, tenore præsentium ex certa scientia approbamus, confirmamus & benedicimus:

PAVLE III.

Admittendi probetur.

Confirmatio instituti.

ac



PAVLI
III.
Facultas
condendi
Constitu-
tiones.

Restrictio
personarū
ad sexagin-
ta.

IO Confirmatio

ac perpetuae firmitatis munimine roboramus,
ipsoque socios sub nostra, & huius sanctae se-
dis Apostolica protectione suscipimus: Eis ni-
hilominus concedentes, quod particulares in-
ter eos Constitutiones, quas ad Societatis hu-
iusmodi finem, & Iesu Christi Domini nostri
gloriam, ac proximi utilitatem conformes es-
se iudicauerint, condere libere, & licite va-
leant. Non obstantibus generalis Concilij, &
felicis recordationis Gregorij Papae. X. praede-
cessoris nostri, ac quibusuis alijs constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, ceteris-
que contrarijs quibuscunque. Volumus autem
quod in Societate huiusmodi, usque ad nume-
rum sexaginta personarum, normulam uiuen-
di huiusmodi profiteri cupientium, & non ul-
tra admitti, & Societati praesatae aggregari
dumtaxat valeant. **N V L L I** ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostrae appro-
bationis, confirmationis, benedictionis, robor-
ationis, susceptionis, concessionis, & voluntatis
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attentare praesumpserit, indi-
gnationem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit in-
cursurum. Datum Romae, apud sanctum Mar-
cum, Anno Incarnationis Dominicae. M. D. XL.
Quinto Kal. Octob. Pontificatus nostri Anno
sexto.

Blo.

F A-

II
PAVLI
III.

B V L L A II.
F A C V L T A S
quosuis idoneos ad Socie-
tatem Iesu.

SINE RESTRICTIONE NUMERI
admittendi, & constitutiones
condendi.

Anno M. D. XLIII.



PAVLVS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei, ad per-
petuam rei memoriam. Inium-
ctum nobis desuper Aposto-
licae seruitutis officium digne
peragere credimus, si ad ea solita benignitatis
extendimus affectum, per quae religionis suc-
crescat incrementum, fideique orthodoxae di-
latatio, ad diuini nominis laudem subsequi spe-
tur. Cum itaque nos alias, postquam dilecti
filij Ignatius de Loyola, & Petrus Faber,
ac Iacobus Laynez, & Claudius Iaius, nec
non Paschasius Broet, & Franciscus Xauier,
ac Alfonso Salmeron, & Simon Rodericus,
necnon Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bo-
badilla,



AVLI
III.
badilla, Socij Societatis Iesu nuncupata presbyteri Pampilon. Gebenn. Seguntin. Toletan. Vifen. Ebredun. & Palentin. ciuitatum, & dioc. respectiue in artibus magistri, & in Vniuersitate Parisiensi graduati, ac in Theologicis studijs per plures annos exercitati, Spiritu sancto, vt pie creditur, afflato, iam dudum è diuersis mundi regionibus discedentes in vnum conuenerant, & Socij effecti eorum vitam perpetuè eiusdem Domini nostri Iesu Christi, atque nostro, & aliorum Romanorum Pontificum successorum nostrorum seruitio dedicarant, & cum ad hanc almam urbem, se contulissent, ad perficiendam, & conseruandam eorum Societatis in Christo vnionem; quandam viuendi formulam ediderant, inter alia continentem: Quod quicumque in eorum Societate predicta vellet, sub crucis vexillo, Deo militare, & soli Domino, & Romano Pontifici eius in terris Vicario seruire, post solemne perpetuè castitatis votum, proponeret sibi in animo, se partem esse Societatis, ad id potissimum instituta, vt ad profectum animarum in vita, & doctrina christiana, & ad fidei propagationem, per publicas prædicationes, & verbi Dei ministerium, ac spiritualia exercitia, & caritatis opera præcipue intenderet, curaretque primo Deum, deinde huius sui instituti rationem (quæ via est ad illum)

Summa
præceden-
tis appro-
bationis.

lum) semper ante oculos habere, & finem hunc à Deo propositum totis viribus assequi: vnusquisque tamen secundum gratiam sibi à Spiritu sancto subministratam & vocationis proprium gradum, cuius proprii cuiusque gradus iudicium, & officiorum discretio, ac distributio tota esset in manu Præpositi, seu Prælati per eos eligendi: sciretque, & quotidie animo volueret, Societatem predictam, & eius singulos sub Romani Pontificis fideli obedientia Deo militare, & ad maiorem Societatis humilitatem, & perfectam vniuscuiusque mortificationem, & propriæ voluntatis abnegationem, se vltra commune vinculum, speciali vinculo astringeret, vt quidquid Romanus Pontifex, pro tempore existens iussisset, ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, etiam si eum ad quascunque Prouincias mittere vellet, illico, quantum in eo esset, exequi teneretur, siue eum mitteret ad Turcas, siue ad quoscunque alios infideles: voueretque perpetuam paupertatem, ita, vt non solum ipse priuatim, sed nec etiam Societas ipsa communiter possit, pro Societatis sustentatione, aut vsu, ad bona aliqua stabilia, aut prouentus, seu introitus aliquos, ius aliquod ciuile acquirere: sed essent contenti vsu tantum rerum sibi donatarum ad necessaria sibi comparanda recipere: possent tamè habere in Vni-

PAVLI
III.



Vniuersitatibus Collegium, seu Collegia habentia census, redditus, & possessiones, & vrbibus & necessitatibus studentium applicandos, re-tenta penes Prepositum, & Societatem omni-modam gubernatione, seu superintendentia, su-per dicta Collegia, & predictos studentes: quoad gubernatoris, seu gubernatorum, ac studentium electionem, ac eorum admissio-nem, emissionem, receptionem, exclusionem, statutorum ordinationem, & circa studentium instructionem, eruditionem, adificationem, & correctionem, victus, vestitusque eis mini-strandi modum, & aliam omnimodam guber-nationem, regimen, & curam; sic tamen ut nec studentes dictis bonis abuti, nec Societas ea in proprios vsus conuertere possent. pre-missa omnia & singula per alias nostras litte-ras, ex certa scientia approbauerimus, confirmauerimus, & benedixerimus, ac perpetue fir-mitatis munimine roborauerimus, ipsosque Socios sub nostra, & sedis Apostolica prote-ctione susceperimus: eis nihilominus conceden-tes, quod particulares inter eos Constitutio-nes, quas ad Societatis huiusmodi finem & IESV Christi Domini nostri gloriam & proximi vtilitatem conformes esse iudicassent, condere libere, & licite valerent, prout in eis-dem literis (in quibus volumus, quod in So-cietate huiusmodi vsq; ad numerum sexaginta perso-

personarum, normulam eandem profiteri uo-lentium, & non ultra, admitti, & Societati prefata aggregari possent) plenius contine-tur. Et sicut Ignatius Prepositus, & alij Socij prefati nobis nuper exponi fecerunt (Spiritu sancto in dies cooperante) plures fideles in Parisiensi, & alijs studiorum generalium Vni-uersitatibus actu studeant, qui normulam vi-nendi huiusmodi profiteri cupiunt, nec, stante uoluntate nostra predicta, ultra dictum nume-rum ad id admitti possint: Quare pro parte Ignatij Prepositi, & aliorum Sociorum predi-ctorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut in premissis opportune providere de benigni-tate Apostolica dignaremur. Nos igitur ad eorundem Ignatij Prepositi, & Sociorum pia uitam, & bonorum operum exemplum atten-dentes, eorum, & dictorum studentium pijs de-siderijs annuentes, ac ipsorum, & cum eorum Christi fidelium animarum salutem zelantes, ipsosque Ignatium Prepositum, & Socios, ac eorum singulos a quibusuis excommunicatio-nis suspensionis, & interdicti, alijsque eccle-siasticis sententijs, censuris, & penis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa la-tis, si quibus quomodolibet inmodati existunt, ad effectum presentium duntaxat consequen-dum, harum serie absoluentes, & absolutos fo-re censentes, huiusmodi supplicationibus incli-nati,



PAVLE
III.
Facultas
admittendi
quoslibet
iuxta
Constitu-
tiones.

Facultas
condendi,
& mutan-
di Consti-
tutiones.

Indices
qui affi-
sant.

nati, eisdem, Ignatio Præposito, & Socijs, quod quoslibet fideles, qui probationes in eadem formula, sub certis Constitutionibus per ipsam Societatem factis, seu in posterum faciendis contentas, pro tempore fecerint, quotquot fuerint ad Societatem huiusmodi libere admittere, & eorum Societati huiusmodi, sub votis per socios eiusdem Societatis emitti solitis, aggregare possint, auctoritate Apostolica, tenore presentium, ex certa scientia concedimus: ac quod quascunque inter eos Constitutiones particulares, quas ad Societatis huiusmodi finem, & Iesu Christi Domini nostri gloriam, ac proximi utilitatem conformes esse iudicauerint, condere, & tam hæcenus factas, quam in posterum faciendas Constitutiones ipsas, iuxta locorum, & temporum, ac rerum qualitatem & varietatem mutare, alterare, seu in totum cassare, & alias de nouo condere possint, & valeant: quæ postquam mutatae, alteratae, seu de nouo condita fuerint, eo ipso Apostolica auctoritate præfata, confirmata censeantur, eadem Apostolica auctoritate, de speciali gratia indulgemus. Quo circa venerabilibus fratribus nostris Casennat. & Albiganen. ac Parentin. Episcopis, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, uel duo, aut unus eorum, per se, uel alium, seu alios, eisdem Præposito, & Socijs, in præmissis efficacis

ficacis defensionis præsidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, eos concessione, & indulto huiusmodi pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per quoscunque contra presentium tenorem quomodolibet molestari; contradictores quoslibet; & rebelles per censureas, & penas ecclesiasticas, auctoritate nostra (appellatione postposita) compestendo, inuocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio braccij secularis. NON obstantibus voluntate nostra prædicta, ac quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus alijs, quæ in dictis literis nostris uoluimus non obstare; contrarijs quibuscunque aut si aliquibus communitè, uel diuisim, ab eadem sit se de indultum quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint, per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod presentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Episcopi, seu personæ, in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ uel ostensæ. NULLI ergo omnino, hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, mandati, & uoluntatis infringere,

Fides ha-
beatut ut
sumptis.



18

Confirmatio

PAVLI
III.

gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis
autem hoc attentare presumpserit, indigna-
tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri
& Pauli Apostolorum eius, se noverit incur-
surum. Datum Romæ, apud Sanctum
Petrum, Anno Incarnationis Do-
minicæ, Millesimo quingen-
tesimo quadragesimo
tertio: Pridie
idus Mar-
tij:
Pontificatus nostri, Anno
Decimo.

L. Torres.

Ie. Lambertus.



BREVE. I.

19

FACULTATES PAVLI
III.

concionandi, confessiones
audiendi, absoluendi,
& vota commu-
tandi &c.

Anno. M. D. XLV.



DILECTIS FILIIS, MODERNO,
& pro tempore existenti Præposito, &
socijs Societatis IESV, in alm:
Urbe nostra canonice
institute.

PAVLVS PAPA. III.



DILECTI FILII Salu-
tem, & Apostolicam ben-
Cum inter cunctas sollicitudi-
nes nostras quibus nos pre-
mit pastorale officium, illa sit
præcipua ut gregi dominico,
nobis superna dispositione commisso, anima-
rum cura non desit; ne illum, antiquus ser-
pens humano generi inimicus, indefensum, &

B 2 in-

F A-



PAVLI
III.
Societatis
fructus cō
mendand-
tur.

Facultas
ubiq. præ-
dicandi.

Facultas
confessio-
nes audien-
di, & ab
omnibus
casibus qui
non sunt
in Bulla cę-
ne Domini
absoluen-
di.

impræparatum inuadat. Attendentes igitur ad fructus uberes, quos in domo Domini hæcenus produxistis & producere non desinitis, uestra religione, integritate, scientia, doctrina, moribus, & experientia, plurimum in Domino confidentes, uobis, quos alias, Societatem uestram de Iesu approbando, confirmando, & benedicendo, ac perpetuę firmitatis minime roborando, sub nostra, & Apostolica sedis protectione suscepimus, & cuilibet uestrum, qui ad hoc idoneus repertus, & per uestra Societatis Præpositum, pro tempore existentem deputatus fuerit, in quibusuis ecclesiis, & locis, ac plateis communibus, seu publicis, & alias ubique locorum clero, & populo uerbum dei prædicandi, proponendi, & interpretandi, ac eos uiam ueritatis edocendi, & ad bene beateque uiuendum; ita, ut in uobis uerbo pariter, & exemplo adificentur, in Domino hortandi, admonendi, necnon illis ex uobis, qui presbyteri fuerint, quorumcunque utriusque sexus Christi fidelium, ad uos undecunque accedentium confessiones audiendi, & confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque grauibus, & enormibus; etiam sedi Apostolicę reseruatis, & à quibusuis, ex ipsis casibus resultantibus sententijs, censuris,

PAVLI
III.

Facultas
uota, exce-
ptis tãtum
quinque,
commutã-
di.

Facultas
ante diem,
& post me-
ridiem ce-
lebrandi.

Facultas
ministran-
di sacramẽ-
ta.

Facultas
officium
Romanum
nouum di-
cendũ.

& penis ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla, quę in die cęne Domini solita est legi) absoluedi, ac eis pro commissis penitentiam salutarem iniungendi, necnon uota quęcumque per eos, pro tempore emissa (ultramari- nis, uisitationis liminum beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de Vrbe, ac sancti Iacobi in Compostella necnon religionis, & castitatis uotis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi. Ac Missas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam post meridię, quando, & quoties, stante legitimo impedimento, moderno, & pro tempore existenti Præposito uestro præfato id necessarium, uel alias in Domino expedire iussum fuerit, celebrandi: Et post seu ante illarum celebrationem, aut alias Christi fidelibus ipsis Eucharistię, & alia ecclesiastica sacramenta, sine alicuius præiudicio ministrandi diœcesanorum locorum, rectorum parochialium, & aliarum Ecclesiarum, aut quorumuis aliorum licentia, desuper minime requisita, ac horas canonicas diurnas, pariter & nocturnas, secundum usum Romanę Ecclesię, nouiter editum dicendi, & recitandi, ita, quod ad alium usum obseruandum, seu officium dicendum minime teneamini plenam, & liberam facultatem auctoritate Apostolica per præfatos ad nostrum & sedis Apostolicę bene-



PAVL I
III.
Iudices
qui assi-
stant.

22

Facultates.

placitum concedimus. Quo circa vniuersis, & singulis locorum Ordinarijs, eorumque Vicarijs, & alijs Superioribus mandamus, quatenus ipsi, uel duo, aut unus eorum, si, & postquam presentes littere eis intimatę fuerint ac quoties pro parte alicuius ex vobis, quilibet eorum fuerit requisitus, in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant easdem presentes, ac in eis contenta quecunq; firmiter obseruari, nec permittant quemlibet ex vobis, super premissis & eorum singulis, per quoscunque desuper, quomodolibet molestari, impediri, aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia iuris remedia (appellatione postposita) compefcendo. NON obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus, ac prohibitionibus, & litteris Apostolicis, etiam per Sixtum Quartum in capitulo. Et si dominici, & alios Romanos Pontifices, predecessores nostros, ac Nos & sedem predictam, etiam consistorialiter editis, & factis, quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inscerentur presentibus, pro expressis habentes, ad huiusmodi effectum, pro hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse decernimus; ceterisque contrarijs quibuscunque. Volentes etiam, & eadem auctoritate Apostolica decernentes, quod

Varia.

23

quod presentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & alicuius Prelati, aut personę in dignitate ecclesiastica constituta Sigillo munitis eadem fides vbique locorum in iudicio, & extra illud, prorsus adhibeatur, quę eisdem presentibus adhiberetur, si essent exhibita, uel ostēsa. Sic igitur, filij, his vobis concessis facultatibus ad omnipotentis Dei honorem, et animarum salutem efficaciter; sicque diligenter vti studeatis; quod, per sollicitudinis vestrę solertiam, catholicę pietatis fructus proueniant; vosque exinde apud Deum, & homines non immerito commendemini.

Dat. Romę, apud sanctum Petrum sub
annulo Piscatoris, die tertia
Iunij. M. D. XLV.
Pontificatus
nostri Anno Vndecimo.

Blo. el. Fulgin.



PAVL I
III.
Transum-
ptis habe-
atur fides.

Exhortatio
Pontificis.



24

PAVLI III.
FACULTAS COA-
 diutores admittendi, qui
 possint, etiam ad sa-
 cros ordines,
 promoue-
 ri, &c.
 M. D. XLVI.

DILECTIS FILIIS MODERNIS,
 & pro tempore existentibus Præposito
 Generali, & socijs Societatis
 IESV, in alma Vrbe
 nostra canonicè
 instituta.



PAVLVS PAPA III.

DILECTI FILII, Salu-
 tem, & Apostolicam ben.
 Exponi nobis nuper fecistis,
 quod vos ob penuriam coope-
 ratorum, personis, quæ tam in
 spiritualibus, quam in temporalibus rebus, &
 officijs vestris domesticis, vos coadiuuent, in-
 digetis. Quare nobis humiliter supplicari feci-
 stis.

Coadiutores.

25

his, vt vobis, quod sacerdotibus, qui vos in
 spiritualibus, & personis secularibus, quæ vos
 in temporalibus, & officijs prædictis coadiu-
 uent, vti possitis, licentiam, & facultatem con-
 cedere, aliasq; vobis, & statui vestro in præ-
 missis opportune providere, de benignitate
 Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmo-
 di supplicationibus inclinati, vobis, quod de ca-
 tero, sacerdotibus, qui vos in spiritualibus, &
 personis secularibus, quæ vos in temporalibus
 & officijs vestris domesticis coadiuuent, vti
 possitis, ipsiq; Coadiutores tã sacerdotes, quã
 personæ seculares, per actis experiētis, & pro-
 bationibus, per Constitutiones vestras requis-
 tis, ad maiorem eorum deuotionē, & amplius
 meritum, vota paupertatis, & castitatis, ac
 etiam obedientiæ, ita, vt ad illa seruanda, pro
 eo tempore, quo tu, fili Præposite, & qui pro
 tempore fuerint eiusdem Societatis Præposi-
 ti, eis in ministerio spirituali, vel tēporali vten-
 dum iudicaueritis, & non vltra, astringantur:
 nec propterea ad aliquam solemnem professio-
 nem emittendam teneantur, neque ad eam ali-
 ter admittantur, emittere: ac ipsi Coadiutores
 ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus or-
 dines de licētia tui, fili Præposite Generalis, si
 alias idonei fuerint, promoueri valeant: sintq;
 omnes, & singuli eorum, omnium bonorū ope-
 rum, quæ in dicta Societate fient, ac meritovū
 illius

PAVLI
 III.

Admitti
 possunt co-
 adiutores
 spirituales
 ac tempo-
 rales.

Tria vota
 Coadiuto-
 rum iuxta
 Constitu-
 tiones.

Cadiuto-
 res ad sa-
 cros ordi-
 nes promo-
 ueri possūt
 & sunt par-
 ticipes me-
 ritorum.

PAVLI
III.

quibus gaudent Professores.

Viginti tantum coadiutoribus facultates, Professorum concedi possunt.

Facultates recipiendi Coadiutores, quibus commanetur.

Solemnis professio tantum Romae facienda

illius participes & illis plene gaudeant, prout alij dictae Societatis Professores participant, & gaudent; quoque tu filii Praepositi, & pro tempore existens Praepositus Societatis huiusmodi, de cetero perpetuis futuris temporibus, viginti dumtaxat, ex eisdem presbyteris Coadiutoribus, quos ad id idoneos inueneritis, & quando tibi, seu eidem pro tempore existenti Praeposito placuerit, easdem facultates, gratias, & auctoritatem, quas Professores Societatis huiusmodi concedere potes, seu per nos vobis quomodolibet concessae existunt, in toto, vel in parte, liberè concedere, ac alios Praepositos, seu Vicarios tuos, tam prouinciales, quam locales, cum facultate quoscumque ad Societatem praedictam confluentes, ad probationem huiusmodi recipiendi, & ad vota praedicta, non tamen dictam professionem solennem, quae Romae dumtaxat fieri possit, & debeat, admittendi, creare, & deputare, liberè, et licitè valeatis; plenam, & liberam Apostolicam auctoritatem, tenore praesentium concedimus licentiam, & facultatem. NON obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac vestris, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis regularibus institutis, ac omnibus illis, quae in litteris confirmationis Societatis huiusmodi volumus non obstare, ceterisque contrarijs

PAVLI
III.

Transumptis fides habetur.

trarijs quibuscumque. Volumus autem, quod praesentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, vbique locorum ea prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus litteris adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensa.


Datum Romae, apud sanctum Petrum
sub annulo Piscatoris, Die VII. Iunij.
M. D. XLVI. Pontificatus
nostri Anno Duodecimo.

Blo. el. Fulgin.





28 PAVLI III.
PRIVILEGIA
Plurima ad Societatis re-
gimen & ministeria.
Anno. M. D. XLIX.



RAVLVS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei, ad per-
tuam rei memoriam. Licet
debitum pastoralis officij om-
nibus regularem vitam du-
cētibus, vt in suis disciplinis,
& laudabilibus institutis conseruentur, & au-
geantur, nos reddat fauorabiles, & benignos;
ad Societatem vero de I E S V, per nos insti-
tutam, & approbatam, cuius specimen, veluti
ager fertilis in Domino multiplices, atque
vberes fructus animarum, ad summi Regis lau-
dem, & fidei incrementum attulit, & affert
quotidie verbo, & exemplo in populo Chri-
stiano, dirigētes precipue velut pius pater, ocu-
los mentis nostrae dignum censemus, vt ip-
sam Societatem, eiusque in odorem suauita-
tis Altissimo deseruientes personas, speciali-
bus fauoribus prosequamur, illaque sibi fa-
uorabi-

Indulta & priuilegia. 29

uorabiliter concedamus, per quae Societas ip-
sa vtiliter regi, & prospere dirigi, ac ad ani-
marum auxilium fideliter in Domino procede-
re valeat. Hinc est, quod nos dilectorum filio-
rum Ignatij de Loyola moderni Praepositi ge-
neralis, & aliorum sociorum eiusdem ordi-
nis; supplicationibus inclinati, sibi, vt Prae-
positus Generalis dictae Societatis, pro tem-
pore existens, cum primum iuxta Constitu-
tiones eiusdem Societatis in illius Praeposi-
tum electus fuerit, eo ipso verus ipsius Reli-
gionis Generalis Praepositus, cum libera gene-
rali, & omnimoda cura, & administratione
omnium, & singulorum, ad felix regimen,
& prosperam directionem dictae Societatis
spectantium, & pertinentium sit, & esse
censeatur, ac suum Praepositi officium, in om-
nibus exercere incipiat, ac plenam in vniuer-
sos eiusdem Societatis socios, & personas,
sub eius obedientia degentes, vbilibet commo-
rantes, etiam exemptos, etiam quascunque
facultates habentes, suam iurisdictionem exer-
ceat, possitq; & debeat dictus Praepositus per
personas ad id à dicta Societate facultatem
habentes, & ad id deputatas, in certis casi-
bus iuxta dictas Constitutiones amoueri, &
alius ipsius loco, per easdem personas substi-
tui, & alias, prout personae deputatae praedictae,
id in Domino conspexerint, salubriter expe-
dire

PAVLI
III.

Plena est
administra-
tio Praepo-
siti Gene-
rali, post
electionē.

Potest Prae-
positus nō
numquam
amoueri.



PAVLI
III.
Præpositi
circa mis-
siones po-
testas.

Dignitas
acceptari
non potest
abique fa-
cultate.

Ambitio-
sus in So-
cietate nõ
est capax
dignitatis.

30

Varia.

dire ac ipsemet Præpositus pro tempore ex-
sten sive, & suos quocunque locorum, etiam
inter infideles, cum expedire in Domino iudi-
cabit, mittere, ac reuocare, & per Nos, ac suc-
cessores nostros, ad locum aliquem missos sine
temporis certi limitatione, cum id expedire
ad Dei gloriam, & animarum auxilium, vi-
sum erit (super quo conscientiam dicti Præpo-
siti oneramus) ad alia loca trāsmittere liberè,
& licitè valeat, qui vbicumque morari contin-
gat, ad nutum nostrum, & Romani Pont. pro
tempore existentis, ad sedem Apostolicam, seu
quo oportuerit, & sibi per dictam sedem iniun-
ctum fuerit, iuxta ipsius Societatis professio-
nem, venire debeāt, concedimus; ac volumus,
statuimus, & ordinamus, quod Præpositus abs-
que Societatis, & aliquis ex socijs huiusmodi
absque dicti Præpositi consensu, & expressa li-
centia electioni, seu prouisioni de illius perso-
na in Episcopum, Archiepiscopum, aut aliam
quancumq; dignitatem, per quemcunq; Prin-
cipem, vel quodcunque Capitulum, aut alias
quascunque personas, ad id auctoritatem ha-
bentes, pro tempore factæ, consentire, aut ad
illam admitti, seu alicuius prælationis, &
dignitatis in eadem Societate, si eam occul-
ta, aut manifesta ambitione quæsisse con-
uincetur, capax esse nullatenus possit; quod-
que a correctione regulæ Societatis huius-
modi

Indulta & priuilegia.

31

modi secundum ordinationes factæ (vt vigor
disciplinæ melius conseruetur) appellari, aut
talis appellatio per vllum Iudicem admitti, seu
ab officijs absolutio, aut priuatio peti non pos-
sint; & tam Generalis, quam alij inferiores
Præpositi eiusdē Societatis, fratres, seu socios
dictæ Societatis, Patriarchis, Archiepiscopis,
Episcopis, seu alijs Ecclesiarum Prælati, &
personis, in socios, aut alias ad vllum eorum
ministerium deputare minime teneantur, nisi
auctoritate litterarum eiusdem sedis, de Socie-
tate, & indulto huiusmodi expressam facien-
tium mentionem; & si quos deputare contin-
geret, nihilominus sub ordinis correctione
existant, & cum expedire iudicabunt, eos-
dem remouere possint: Illos vero ex fratri-
bus, seu socijs prædictis, qui ad prædicandum
crucem, vel ad inquirendum contra hereti-
cam prauitatem, seu ad alia similia negotia
deputati fuerint, Ignatius, & alij illius succes-
sores Præpositi Generales dictæ Societatis,
pro tempore existentes, remouere, seu reuo-
care, & transferre, ipsisque, quod superse-
deant, iniungere, ac alios illorum loco substi-
tuere, cum expedire viderint, liberè, & licitè
valeant, Ac eisdem Ignatio, & alijs Gene-
ralibus Præpositis pro tempore existentibus,
vt per se, vel alios ad id per eos, pro tempore
deputatos, omnesque, & singulos eiusdem So-
cietatis

PAVLI
III.
A correc-
tione re-
gulæ non
potest ap-
pellari.

Superiores
non tenen-
tur aliq̄
ad Prælari
cuiusquam
ministeriū
deputare.

Transferri
possunt de-
putati ad
certa nego-
tia.

Præpositus
per se, vel
alios po-
test omnes
suos absol-



PAVLI
III.
vere, & circa irregularitates dispensare, nisi sint casus enormes iuxta bulla Sixti III.

In censuras reincidentur absoluti, nisi mox intret Societas, & vota emittere parati sint.

32

Varia.

cietatis socios, & personas sub eorum obedientia disciplina, & correctione, pro tempore degentes, ab omnibus, & singulis eorum peccatis ante, vel post ingressum, in dictam Societatem, per eos commissis, necnon à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis, et secularibus sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quomodolibet latis, & promulgatis, & huiusmodi sententijs innodatos, aut in locis suppositis ecclesiastico interdicto, diuina officia celebrantes, & suscipientes ordines, sic ligatos, & propterea irregularitatem incurrentes, absoluerit, ac cum eis, cum dispensatione egerint, dispensare possint; nisi excessus absoluendorum, & dispensandorum huiusmodi adeo graues, & enormes fuerint, quod sint ad sedem Apostolicam merito remittendi; & ne saepe in dubium reuocetur, qui sint ad sedem predictam destinandi declarationem in ea parte, per fel. rec. Sixtum Papam Quartum prædecessorem nostrum, in Bulla, quam mare magnum vocant, factam, confirmamus. Volumus autem, quod postquam Societati, & consortio huiusmodi aggregari volentes, absoluti, & cum eis, ut præfertur dispensatum fuerit, nisi mox ordinem intrare, & peractis experiencijs secundum Constitutiones dictæ Societatis, vota emittere parati sint, etiam si super hoc indu-

tis

Indulta & priuilegia.

33

tis eis à Prælati eiusdem Societatis concedantur, eo ipso in pristinas sententias, à quibus eos totaliter absolui contigerit, relabantur, & reincident: Nec non quod quilibet ex socijs Societatis huiusmodi peccata sua proprio Præposito, vel ab eo deputato, seu deputatis, & alias secundum ordinationes Societatis prædictæ, designatis confiteri debeat, nisi super hoc à dicto Præposito alium confessorem eligendi facultatem habuerit: Ac inhibemus ne quis post emissa vota secundum Constitutiones prædictas, siue Professus, siue Scholaris, siue Coadiutor Societatis huiusmodi sit, ad quemuis alium ordinem, etiam per Sedem prædictam approbatum (Carthusiensium dumtaxat excepto) nisi de expressa ipsius Præpositi, aut dictæ Sedis licentia trāsferri; egressi vero aliàs, quàm ut præfertur, de ordine seu consortio huiusmodi, in nullo alio, præterquam Carthusiensium præfato ordine admitti, recipi, vel retineri possint; ipsique Generalis, & alij inferiores Præpositi per se, vel alios, illos sic egressos, ac alios quoscunq; dictæ Societatis apostatas, ut etiam alios quosuis insolentes, & qui id mereri videntur, in quocunq; habitu apostatas prædictos contigerit inueniri, excommunicare, capere, in carcerare, & alias sua disciplina submittere, & ad id si opus fuerit auxilium brachij secularis inuocare liberè, & licitè valeant, Ipsamque

C

PAVLE
III.

Personæ
Societatis
cui debeant
confiteri.

Qui vota
emiserint,
aliorum ordinem præter Carthusiensium ingredi non possunt.

Apostatas,
& insolentes
coerceri
possunt.



PAVLI
III.
Personæ,
ac bona So-
cietatis exi-
mantur.

Presbyteri
habere pos-
sunt orato-
ria, & vsu
altaris por-
tatis.

Interdicti
tempore ce-
lebrare, ac
sacramenta
ministrare
licet Socie-
tati.

Familiari-
bus Socie-
tatis pos-
sunt mini-
strari sacra-
menta, &
sepultura.

Interdicti
tempore
Diuina pos-
sunt audi-

Samque Societatem, & vniuersos illius socios
& personas, illorumque bona quæcunque ab
omni superioritate, iurisdictione, correctione
quorumcunque Ordinariorum eximimus, &
liberamus; ac sub nostra, & præfate Sedis pro-
tectione, suscipimus; Liceatque Prepositis, &
de eorum etiam facultate vniuersis fratribus,
& socijs Societatis huiusmodi in presbytera-
tus ordine constitutis, in locis, in quibus de-
gunt, & eos pro tempore morari contige-
rit habere Oratoria, & in eis, ac quocunque
alio honesto, & congruenti loco, in altari
portatili, cum debitis reuerentia, & hono-
re, etiam tempore interdicti, quauis etiam
Apostolica auctoritate appositi, ianuis clau-
sis, excommunicatis, & interdictis exclusis,
submissa voce, Missas & alia diuina officia
celebrare, ac ecclesiastica sacramenta reci-
pere, & alijs ministrare, dummodo ipsi
causam non dederint interdicto, nec contin-
gat, id ipsis specialiter interdicti: Iis vero,
qui in ipsorum Præpositorum, & sociorum
morantur obsequijs, cuncta libere mini-
strare possint ecclesiastica sacramenta, & ip-
sos, cum decedunt, in eorum cæmeterijs
sepelire, si quando in terris in quibus Socij
prædicti, vel eorum aliqui, pro tempore
resederint, vel in earum personas excom-
municationis, seu interdicti sententias con-
tinge-

tigerit promulgari, pueri seu familiares
eorundem sociorum seruitijs deputati, ac eo-
rum, & Societatis huiusmodi negotiorum
procuratores, & operarij huiusmodi sententijs
obnoxij minime habeantur; ibique possint audi-
re diuina; nisi eisdem causam dederint, vel spe-
cialiter excommunicari, seu interdicti contige-
rit eosdem. Nec vllis Prælati, contra aliquem
de prædicta Societate, vel contra alios eorum
causa, aliquam excommunicationis, suspensio-
nis, vel interdicti sententiam contra eius-
dem Societatis priuilegia, per nos concessa
(quorum interpretationem nobis, & Apostoli-
cæ sedi reseruamus) ferre liceat; & si tulerint,
eo ipso irrita, nulliusque roboris, vel momenti
sit, & esse censeatur: ac omnes, & singuli alij
Christifideles, cuiuscunque conditionis exi-
stant, qui verbi Dei concionibus, seu prædica-
tionibus sociorum, seu fratrum Societatis hu-
iusmodi, in ecclesijs, vbi ipsi concionabuntur
interfuerint, diebus huiusmodi Missas, & alia
diuina officia audire, & ecclesiastica sacra-
menta ibidem recipere, libere, et licite valeant: nec ad
id, ad proprias parochiales ecclesias accedere,
teneantur. Et quia eiusdem Societatis fratres,
& socios, de locis ad loca transferri contingit,
Propter quod stabilem, et continuam, in certis,
et determinatis Domibus mansionem habere non
possunt, et in ipsa Societate, idoneos tantum, &

PAVLI
III.

re familia-
res, procu-
ratores, &
operarij So-
cietatis.

Contra
priuilegia
à Paulo iij
concessa
ferri non
possunt ab
vlllo cen-
suræ, nec da-
ri eorum
interpreta-
tio.

Qui Socie-
tatis con-
cionibus
interfuerint,
Missas au-
dire, & sa-
cramenta
ibidem re-
cipere pos-
sunt.

Volente
Præposito
possunt no-
stræ quo-
libet Anti-
stite in sa-
cris pro-
moueri

PAVLI
III.absque pro
missione, &
obligatio
ne.

In terris
infidelium,
& hereti
corum li
cet nostris
commora
ri de Præ
positi li
centia.

Nostris non
teneantur
villam susci
pere visi
tationem,
iustitiam mi
nistratio
nem, curam
que Monia
lium.

comprobatos, ad sacros ordines promoueri intelleximus, eidem Præposito Generali, quod ordinandos socios & fratres huiusmodi Societatis, quibuscunque maluerit catholicis Antistitibus gratiam, & communionem dictæ sedis habentibus, presentare, ipsisque Antistitibus presentatos huiusmodi, absque omni promissione, vel obligatione ipsorum ordinandorum fratrum, & sociorum, ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines promouere. Et cum ipsi Socij, magnam patientes, pro Christi nomine paupertatem, exhortationis pio studio bonos ad potiora dirigant, & errantes ad rectitudinis semitam laudabiliter reuocare procurant, concedimus, vt in excommunicatorum, & hereticorum, vel schismaticorum, vel infidelium terris libere commorari, & cum eisdem conuersari, de licentia tamen Præpositi Generalis, & ab eis tunc, & etiam quando per ipsas illos transire contigerit, necessaria iura deponere, ac recipere valeat. Quodque nullis ipsorum correctionis, seu visitationis, vel inquisitionis officium, monasterijs, vel ecclesijs, seu quibuscunque personis impendere, vel vel ad cognitiones causarum, citationes partium, & denuntiationes sententiarum interdicti, vel excommunicationum procedere, aut eorum Monialium, seu religiosarum quarumlibet personarum recipere teneantur, per litteras

PAVLI
III.

vas Apostolicas impetratas, vel in posterum impetrandas, nisi de hoc indulto, & ordine sociorum huiusmodi, expressam facientes mentionem, auctoritate, & tenore prædictis, de speciali gratia indulgemus; Concedentes ipsis socijs, vt de ijs, quæ in ornamentis, aut pro eis, aut librariis, fabrica, luminaribus, seu pro victu, vel indumentis eorum, nec non pro annuis censibus redimendis, ad quorum solutionem aliqua Domus Societatis prædictæ, obligata forsitan existant; ac de Domibus, & Collegijs, ac eorum prædijs hortis, alijsque locis eisdem socijs, iuxta eorum viuendi institutum haberi concessis, aut de ijs, quæ sibi pro huiusmodi rebus, Domibus, Collegijs, prædijs, locis, & hortis, emendis per quascunque personas, pro tempore legari, aut relinqui contigerit, & alijs bonis quibuscunque, per dictam Societatem, & ipsius Collegia possessis, & obtentis aliquam decimam, etiam Papalem soluere, seu canonicam portionem exhibere, seu ad præstationem procuratorum Legatorum prædictæ sedis, vel Nunciorum ipsius, aut Ordinariorum locorum, aut exactorum, collectarum, seu subsidiorum, vel prouisionum quorumcunque minime teneantur; nec ad id per litteras eiusdem sedis, aut Legatorum, vel Nunciorum, seu diæcesanorum prædictorum, cuiuscunque tenoris fuerint, vlllo vnquam tempore compelli possint; nisi ipsæ li

Non tenentur soluere bonorum suorum decimam, vel aliam dare contributionem seu procuracionem, non obstantem Apostolica constitutione.

PAVL I
III.

tera Apostolica plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto, & concessione huiusmodi, ac de eorum ordine mentionem fecerint. Et si forte per Nos, vel dictam sedem de pijs legatis dispositis, & relictis, in genere vel specie, decima, vel alia portio, seu quarta, alteri pia, vel non pia causa, quomodolibet haecenus concessa fuerit, vel illam in posterum concedi, seu solui, aut dari, mandari, contigerit; Socios praefatos, & illorum Domos, & bona quaecunque, ac eis legata, & relicta, aut alias, in eorum favorem disposita, in concessionibus, & mandatis huiusmodi decernimus, & volumus minime comprehendere, nisi de ipsis, ac praesenti decreto, & voluntate nostras non per clausulas generales idem importantes, sed vera, expressa, & specifica mentio fiat in eisdem. Et insuper si contingat Socios ipsos, vt adiuuante aliquo Principe, Duce, Marchione, Comite, vel Communitate, vel quauis ad id potenti, & facultatibus abundanti persona, aliquam Domum, ecclesiam, aut collegium Societatis praedictae edificent, & construant, seu id per alicuius similis persona testamentum mandari, vel quouis modo eis offerri Domum, Ecclesias, seu Collegia huiusmodi, cum omnibus, ad id necessarijs, & opportunis construi, & edificari, ac locum pro huiusmodi constructione oblatum

Domus
vel Collegia Societati donata, seu relicta, eo ipso auctoritate Apostolica censentur erecta.

PAVL I
III.

tum recipi posse, ipsasque Domos, Ecclesias, Collegia, Cellas, Oratoria, vbilibet per dictos Socios, pro tempore constructa, vel eis donata, eo ipso, quod aedificata, vel donata fuerint, Apostolica auctoritate praedicta, erecta, approbata, & confirmata; ac bona quaecunque, pro Collegiorum dote, seu Scholarium inibi, pro tempore commorantium sustentatione, per quoscunque Christianos fideles, pro tempore donata, relicta, & legata, eo ipso praedicta Apostolica auctoritate, perpetuo applicata, & appropriata esse, & censeri (nisi alias ad collationem Sedis praedictae pertinerent) & ecclesias praedictas, cum cimiterijs benedici, aut consecrari facere, ac primum lapidem poni, per quoscunque Episcopos (si diocesani, vltra quatuor menses id facere distulerint) posse decernimus: inhibentes omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, alijsque ecclesiarum Praelatis, & locorum Ordinarijs, ac quibusuis alijs potestatibus ecclesiasticis, & secularibus, illis nihilominus mandantes, ne ipsos Socios, aut eorum Domos, Ecclesias, aut Collegia huiusmodi, ad aliquorum requisitionem, ex propria eorum voluntate, si id in Domino expediens fuerit, edificare volentes, quoquomodo in huiusmodi constructionibus impediant, perturbent, aut molestent. Et, vt Societatis hu-

Bona Societati donata pro collegiorum sustentatione etiam auctoritate Apostolica reputatur applicata, &c.

Ecclesiae nostrae benedici, & consecrari possunt a quolibet Episcopo, &c.

Ne impediantur nostri, ab vltimo in suis aedificijs.

PAVLI
III.

iusmodi professoribus omnis vagandi occasio
& ad Apostolicam sedem prædictam recur-
rendi, subtrahatur, pro posse necessitas; Gene-
nerali, & de eius licentia, Prouincialibus
Præpositis dictæ Societatis, pro tempore ex-
istentibus, & illorum Vicarijs, & locatene-
tibus, vt cum eiusdem Societatis personis defe-
ctum natalium, ex adulterio, sacrilegio, ince-
stu, & quouis alio nefario, & illicito coitu
prouenientem patientibus, necnon cum ijs, qui
ex quavis causa (preterquam homicidij vo-
luntarij, bigamiæ, & mutilationis membroru)
irregulares fuerint, postquam in ordine ipso
vota emiserint, vt, defectu, & irregularitate
huiusmodi, non obstantibus, ad quoscunq; etiã
sacros, & presbyteratus ordines promoueri
& in illis, etiam in altaris ministerio mini-
strare, & irregulares defectum natalium pa-
tientes prædicti ad quascunq; administratio-
nes, & officia dictæ Societatis eligi, recipi, &
assumi, illaque gerere, & exercere, liberè, &
licitè valeant dispensare possint, auctoritate
tenore prædictis, concedimus, & indulgemus.
Præterea cum intellexerimus populos ciui-
tatum, terrarum & locorum, apud quæ habi-
tationem iidem Socij habent, vel vbi eosdem
versari, aut transire contingit, exemplo alle-
ctos, & inductos religiosæ vitæ, quam Domi-
no concedente ducunt, libenter ad confiten-
dum

Quatenus
cū nostris
in irregu-
laritate
possit di-
spensari.

PAVLI
III.

dum eisdem, & sacratissimam communionem,
de manibus eorum accipiendum confluere, vt
illis sic confluentibus satisfacere valeant, vni-
uersis vtriusque sexus Christifidelibus, vt
cuilibet de Societate prædicta confiteri pos-
sint, Rectoris sui licentia minime requisita,
cui non teneantur eadem peccata, de quibus
confessi, & absoluti fuerint, rursus confiteri:
necnon omnibus, & singulis Christifidelibus,
tam forensibus, quam in ciuitatibus, & lo-
cis, in quibus socij prædicti consistunt, com-
morantibus, aut illac transeuntibus Eucha-
ristiæ sacramentum (quod in suis ecclesijs de-
center tenere socios præfatos volumus) quo-
cunque anni tempore, præterquam in festo Pa-
schatis Resurrectionis Dominica, & mor-
tis articulo, nisi necessitas vrgeret, eorum-
dem fidelium, parochialium ecclesiarum Re-
ctorum licentia minime requisita, accipere
liberè, & licitè valeant: Nec non animarum
profectui prouidere volentes, de omnipoten-
tis Dei misericordia, ac beatorum Petri &
Pauli Apostolorum eius, auctoritate confisi,
omnibus, & singulis vtriusque sexus Chri-
stifidelibus, vbilibet commorantibus, verè
penitentibus, & confessis, seu temporibus
à iure statutis confitendi propositum habentibus, qui aliquam Ecclesiam, aut alium pium
locum dictæ Societatis, semel singulis annis,
præter

Fideles qui
cunq; cõ-
fiteri no-
stris possunt
absque Re-
ctoris sui
facultate.

Licet singu-
lis Christia-
nis Eucha-
ristiã à no-
stris acci-
pere sem-
per, duo-
b. exceptis
casibus.

Qui aliquã
Ecclesiam
nostram à
Præposito
designatã
semel in
anno visita-
rit, indul-
gentiã ple-
uariam con-
sequitur.



PAVLI
III.

42

Varia.

(præter annum Iubilei) in die, per pro tempore existentem, dictæ Societatis Præpositum, eligendo, à primis, vesperis, vsque ad occasum solis eiusdæ diei inclusivæ, devote visitaverint & inibi orationem Dominicam, ac salutationem Angelicam recitaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, ac remissionem, in forma Iubilei auctoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer concedimus, & elargimur: Et insuper quatuor alijs, scilicet, Natiuitatis, Circumcisionis, Epiphania, & corporis Christi festiuitatum, necnon Veneris, & Dominicis, & Quadragesimalibus diebus singulorum annorum, vsque ad octauam Paschatis, ecclesias, & alia pia loca, dictæ Societatis, devote visitaverint, & inibi orationem, & salutationem prædictas similiter recitauerint, ac verbum Dei, si in illis prædicetur, devote audiuerint, septem annos, & totidem quadragenas, de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxamus: Ac Præposito Generali eiusdem Societatis, vt, quos de suis idoneos in Domino iudicauerit, ad lectiones Theologiæ, & aliarum facultatum, alterius licentia, ad id minime requisita, vbilibet deputare possit: Et vt, cum aliquos ex fratribus, seu socijs Societatis huiusmodi in Saracenorum, & Paganorum, aliorumque infidelium terras, & prouincias

Ceteris anni diebus obtinetur in Ecclesijs nostris indulgentia multorum annorum.

Præpositus lector in Theologia & facultatibus omnibus deputare potest

In terris infidelium, & partibus remotissimis

Indulta & priuilegia.

43

etiam alias remotissimas, à quibus non potest adiri sedes Apostolica, miserit; possit eis, auctoritate nostra, facultatem concedere, vt Christianos ibidem, commorantes, confessione peccatorum suorum audita, & pœnitentia salutari iniuncta, eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini reseruatis, & à consequentibus censuris, & pœnis absolueret: & cum ijs qui ab infidelitate conuertentur tantum, & in locis remotissimis, qui prius in gradibus non licitis, tamè lege diuina nõ prohibitis, matrimonia contraxerant, vt in eisdem manere possint, dispensare; ac in locis prædictis remotissimis, quacunque, Ecclesias, Hospitalia, & alia pia loca, prout expediens fuerit, erigere, ac nunc, & pro tempore erecta reformare, sine alicuius præiudicio, & vestes sacerdotales, pallas, corporalia, calices, altaria, cœmeteria (si Episcopus, qui ea faciat, catholicus inibi non adsit) benedicere, ac profanatas ecclesias reconciliare possint: Et quæcunque statuta, & ordinationes, desuper necessaria facere, illaque, postquam facta fuerint, mutare, alterare, ac illis addere, & detrabere, ac Præposito prouinciali in illis longinquis partibus residente decedente, interim, dum alius per Generalem Præpositum mittitur, loco Præpositi, sic decedentis, alium eligere liberè & licitè

PAVLI
III.

nostris absolucere possunt, etiam a casibus in Bulla Cœnæ Domini reseruatis.

Dispensare in gradibus iure diuino nõ prohibitis, in locis remotissimis.

Ecclesiarum erectio, & reformatio

Ecclesiarum reconciliatio.

Statuta cõdere.

Decedente Prouinciali, alterius electio.



PAVLI
III.

Potestas
bis in die
celebran-
di.

Prinilegio
rū à se da-
rorum, Pa-
pæ confir-
matio.

Professio
vbique lo-
corū emit-
ti potest.

Coadiuto-
res sine cer-
to numero
admittipol
sunt.

44

Varia.

licitè valeant. Et quia in numerosis populis
illarum regionum, tanta est sacerdotum rari-
tas, vt vnus plurium curam populorum susci-
pere debeat: vt bis eodem die Missam cele-
brare, diuersis in locis valeant; & insuper, at-
tenta meditatione pensantes, quantum utilita-
tis ad exaltationem Christianæ fidei, & Euan-
gelicæ veritatis, Societatis prædictæ professores
afferant & afferre valeant, omnia, & sin-
gula, gratias immunitates concessionis priuilegia,
& indulta, antea, per nos eidem Societati, & illius socijs,
& personis quomodolibet concessa, quæ hic, pro specificatis haberi, volumus
approbantes, innouantes, & confirmâtes, quod socij
dictæ Societatis, qui alibi quâ in Vrbe Roma, professionem
emittere non possunt, litteris Apostolicis, ab ipsa Societate,
ad id ob aliquas causas, ad tempus impetratis, non obstantibus
eisdem de licentia Præpositi Generalis prædicti, vt professionem
ipsam vbilibet emittere, liberè, & licitè valeant, concedimus,
& indulgemus. Necnon Ignatio, & alijs successoribus
suis, Præpositis Generalibus dictæ Societatis, pro tempore
existentibus, vt indultum alias, per nos eidem Societati,
super habendis viginti Coadiutoribus concessum, ad
alios quoscunque, quos idoneos fore censuerint, sub
eorum obedientia degentes extendere, & quascunque gratias,
concessiones, & indulta

Indulta & priuilegia. 45

Indulta eisdem Generalibus dictæ Societatis Præpositis,
pro tempore existentibus, per Nos concessa, per eorum
Vicarios, aut personas, ad id sibi bene visas, præsertim
in Indiarum, & alijs partibus remotis, pro tempore
substitutis, exercere liberè, & licitè, valeant. Ac
præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque,
ex quauis causa, de surreptionis, vel obreptionis,
aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ defectu
notari, vel impugnari nullatenus possent: ac sub
quibusuis suspensionibus, derogationibus, limitationibus,
& alijs quibusuis contrarijs dispositionibus, & gratiarum,
ac indulgentiarum concessarum derogatorijs, seu
reuocatorijs, etiam per nos, & sedem eandem,
pro tempore concessis, nullatenus comprehendendi,
sed semper ab illis exceptas existere, ac suos plenarios
effectus sortiri, & illarum transumptis manu
Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius
Canonici Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis
ecclesiæ, seu personæ in dignitate ecclesiastica
constitutæ munitis, eandem prorsus fidem, quæ
adhiberetur eisdem originalibus litteris, si forent
exhibite, vel ostense, vbique in iudicio, & extra
adhiberi debere; & sic per quoscunque Iudices,
& Commissarios quauis etiam Apostolica auctoritate
fungentes, sublata eis, et eorum cunctis
bet quauis aliter iudicandi, & interpretandi
facultate,

PAVLI
III.

Gratias à
Paulo iij.
concessas,
Potest Generalis
per alios exercere.

Transumptis
habetur fides.

PAVLI
III.Societas
cuiusque per
sonæ Prin-
cipibus, ac
Prælati
commen-
dantur.Deputan-
tur Iudices
conferuato
res.

facultate, & auctoritate, iudicari & defini-
ri debere; ac si secus super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter
contigerit attentari, irritum, & inane decer-
nimus: Ac dilectis in Christo filiis illustribus,
& nobilibus viris, Principibus, ac Dominis
temporalibus, & venerabilibus fratribus, Præ-
latis ecclesiasticis in quavis dignitate constitu-
tis prædictam Societatem, ac singulos illius so-
cios plurimum in Domino commendantes; non
solum, ne eos inquietari, aut eorum præuilegia
violari permittant, sed vt benignè, & cum
caritate, vt decet, suscipiant exhortamur, at-
que in Domino rogamus: & nihilominus vni-
uersis, & singulis venerabilibus fratribus
nostris, Archiepiscopis, Episcopis, ac di-
lectis filiis, Abbatibus, Prioribus, & alijs
personis in dignitate ecclesiastica constitu-
tis, necnon Metropolitan. & aliarum cathed-
ralium ecclesiarum Canonicis, ac eorundem
Archiepiscoporum, & Episcoporum officia-
libus, & Vicarijs generalibus, vbilibet con-
stitutis, per Apostolica scripta mandamus,
quatenus ipsi, ac quilibet eorum, per se, vel
alium, seu alios, præsentis litteras, & in eis
contenta huiusmodi, vbi & quando opus fue-
rit, ac quoties pro parte dictorum Sociorum
vel alicuius eorum fuerint requisiti, solènter
publicantes, eisdemque Socijs, in præmissis, effi-
cacis

PAVLI
III.

cacis defensionis præsidio assistentes, faciant,
auctoritate nostra, eosdem socios litteris, & in
eis contentis huiusmodi pacifice gaudere; non
permittentes eos, aut eorum aliquem super præ-
missis, aut quibusuis alijs rebus, & causis
per locorum Ordinarios, aut quoscunque alios,
quomodolibet indebite molestari; sed eos con-
tra quoscunque cuiuscunque conditionis vel
qualitatis existentes, & quavis etiam Patriar-
chali, Archiepiscopali, vel Episcopali, aut
mundana dignitate, ac exemptione fungentes,
& munitos, in quibusuis causis, iustitia com-
plementum ministrantes, id quod per eos ordi-
natum fuerit, ad executionem debitam perdu-
ci faciant: illosque quos censuras, vel pœnas
prædictas incurrisse constiterit, excommuni-
catos ac interdictos declarent, ac faciant, &
mandent publicè nunciari, ac ab omnibus
actibus euitari, & legitimis super his habitis,
& habendis processibus seruatis, illos quoties
opus fuerit, iteratis vicibus aggrauare procu-
rent: contradictores auctoritate nostra, appella-
tione postposita, compescendo, inuocato, etiam
ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.
NON obstantibus constitutionibus, et ordina-
tionibus, ac iuramento, cõfirmatione Apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis,
et cõsuetudinibus, necnõ priuilegijs, indultis, et
litteris Apostolicis S. Benedicti, et S. Francisci
ac



PAVLI
III.

48

Varia.

ac mendicantium & alijs ordinibus supradictis, illorumque Prelatis, & personis, etiam super non communicandis gratijs sibi concessis, & alias quomodolibet per nos, & sedem prefatam concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, etiam Marimagno, Bulla aurea, & alias quomodolibet nuncupatis, quibus illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. **N V L L I** ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum, concessionum, statutorum ordinationis, confirmationis, inhibitionum, exemptionis, liberationis, suspensionis, decretorum, voluntatum, largitionis, relaxationis, exhortationis, rogationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud sanctum Marcum, Anno Incarnationis Domini M. D. XLVIII. XV. Kal. Nouemb. Pontificatus nostri, Anno Quintodecimo.

G. Grolleti.

F. De Iafer pro magistris.

CON

I V L I I I I I .

49

C O N F I R M A T I O

Alia instituti cum maiori,
tum illius, tum aliorum Societatis indulgentiarum declaratione.
M. D. L.



IVLIVS Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Exposcit debitum pastoralis officij, cui nos, licet immeritos, prae tulit divina Maiestas; ut fideles quoslibet, praesertim religiosos, in via mandatorum Domini ad illius honorem, & gloriam & proximorum spiritualem profectum deambulantes, paternis consueamus affectibus; ut fideles ipsi, dextera Domini sibi assistente propitia, aeternae salutis praemium ferventius exquirant, & in eorum pio proposito consueantur. Dudum siquidem, per felicis recordationis Paulum Papam Tertium praedecessorem nostrum,

D nostrum,



IVLII
III.
Summa lit
terarum
Apostoli-
carum Pan-
li iij. de
Instituto
Societatis.

50 Confirmatio instituti.

nostrum, accepto, Quod dilecti filij, Ignatius de Loyola, & Petrus Faber, ac Iacobus Laynez, necnon Claudius Iaius, & Paschasius Broet, ac Franciscus Xavier, necnon Alfonso Salmeron, & Simon Rodericus, ac Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla, presbyteri, Pampilonen. Gebennan. Seguntin. Toletan. Visen. Ebredunen. & Palentin. ciuitatum & dioc. in Artibus magistri, in Vniuersitate Parisien. graduati, & in Theologicis Studijs per plures annos exercitati, Spiritu sancto afflari, iam dudum è diuersis mundi regionibus decedentes, in vnum conuenerant: & exemplaris, ac religiose vitæ Socij effecti, abditatis huius seculi illecebris, eorum vitam perpetuò Domini nostri IESV Christi, atque suo, & successorum suorum Romanorum Pontificum seruitio dedicauerant: & iam pluribus annis verbum Dei prædicando, & fideles priuatim ad pias meditationes, beneque ac beate viuendum excitando, hospitalibus inserviando, pueros, & alios rudes salubria dogmata, ad Christiani hominis institutionem necessaria docendo, ac denique omnia caritatis officia, quæ ad animarum edificationem pertinebant, vbique terrarum, vbi peregrinati fuerant quisque iuxta traditam sibi ab ipso Spiritu sancto gratiam, multa cum laude obeundo, laudabiliter in vinea Domini se exercuerant;

Cum maiori declaratione. 51

auerant, eorum institutum, sub quadam viuendi formula ab ipsis edita, Euangelicæ, veritati, & sanctorum patrum sanctionibus conformi, vt vinculum caritatis, & vnio in ipsis quidem Socijs, & alijs, qui prædictum vellet institutum sequi, conseruarentur, approbavit, & confirmavit, & benedixit: ipsosque Socios, quorum numerum, non vltra sexaginta esse tunc voluit, sub sua, & Apostolicæ sedis protectione suscepit, illisque condendi Constitutiones, & statuta quacunque ad ipsius, sic institutæ, & confirmatæ Societatis conseruationem, & felicem progressum, licentiam concessit per quasdam. Cumque post modum progressu temporis, Spiritu Sancto cooperante, ex Societate prædicta spiritualium animarum fructum crescere, & multos, qui institutum prædictum sequi vellet, in Parisien. & alijs generalium studiorum Vniuersitatibus, studere intellexisset, idem prædecessor, Ignatij, & aliorum Sociorum prædictorum piam vitam, & doctrinam attendendo, eidem Societati vt quoscunque alios idoneos, & iuxta suas Constitutiones probatos liberè admittere possent, concessit. Et nihilominus, vt Coadiutores tam Presbyteros, qui in spiritualibus, quam laicos, qui in temporalibus, & domesticis officijs eos adiuuarent, qui quidem Coadiutores

D 2 peractis

IVLII
III.



IVLII
III

52 Confirmatio instituti.

peractis probationibus, iuxta Constitutiones Societatis huiusmodi requisitis, ac maiorem deuotionem suam, & meritum, etiam tria vota, Paupertatis videlicet, Castitatis, & Obedientia possent emittere, non solemnia, sed quibus, pro eo tempore quo Praepositus Generalis Societatis praedictae eis, in ministerio spirituali, vel temporali utendū iudicaret, astringerentur: quique omnium bonorum operum, quae in dicta Societate fierent, ac meritorum omnium, participes fierent, perinde, ut qui solemnem professionem, in eadem Societate emisissent, possent assumere; & alias gratias, ac priuilegia ad fouendam, & adiuuandam in us, quae ad Dei honorem, & animarum salutem pertinebant, Societatem praedictam, de benignitate Apostolica concessit. Ut autem praedicta omnia prius ab eodem praedeccessore concessa, magis confirmentur, & simul omnia, quae ad institutum praedictae Societatis pertinent, eisdem in litteris aliarum summam continentibus comprehendantur, & ut aliqua obscurius dicta, & quae scrupulum, ac dubitationem possent inijcere, per nos exactius explicentur: nobis fuit humiliter supplicatum, ut formulam qua praedictae Societatis institutum exactius, & distinctius, quam antea, edocente experientia, ac usu rerum, expressum, eodem tamen spiritu, comprehenditur confirmare dignaremur;

Cnm maiori declaratione. 53

gnaremur; cuius tenor sequitur, & est talis. Quicumque in Societate nostra, quam Iesu nomine insigniri cupimus, vult sub crucis vexillo Deo militare, & soli Domino, ac Ecclesiae ipsius sponsae, sub Romano Pontifice, Christi in terris Vicario seruire, post solemne perpetuae Castitatis, Paupertatis, & Obedientiae votum, proponat sibi in animo, se partem esse Societatis, ad hoc potissimum instituta, ut ad fidei defensionem, & propagationem, & profectum animarum in vita, & doctrina Christiana per publicas praedicationes, lectiones, & aliud quodcumque uerbi Dei ministerium, ac spiritualia exercitia, puerorum, ac rudium in Christianismo institutionem, Christi fidelium in confessionibus audiendis, ac ceteris Sacramentis administrandis, spirituales consolationem praecipue intendat: & nihilominus ad dissidentium reconciliationem, & eorum, qui in carceribus, vel in hospitalibus inueniuntur, piam subuentionem, & ministerium, ac reliqua caritatis opera, prout ad Dei gloriam, & commune bonum expedire visum erit, exequenda gratis omnino, & nullo pro suo in praedictis omnibus labore, stipendio accepto, se utilem exhibeat; curetque primo Deum, deinde huius sui instituti rationem, quae via quadam est ad illum, quoad vixerit, ante oculos habere, & finem hunc sibi à Deo propositum totis viribus

D 3 bus

IVLII
III.
Instituti
Societatis,
formula.

Vota paupertatis, castitatis, & obedientiae.
Finis instituti.

Puerorum ac rudium institutio.

Operum caritatis exercitia, quae gratis omnino exhibenda sunt.



54 Confirmatio instituti.

IVLII
III.

Officiorum
distribu-
tio.

De conden-
dis confi-
tutionibus

Præpositus
habet au-
toritatem
declarandi
Institutum
Consilium
ad grauio-
ra conuo-
candum.

In his que
non tanti
momenti
sunt, ius ta-
tum habet
Præpositus

bus assequi vnusquisque tamen secundum gra-
tiam sibi à Spiritu sancto subministratam, &
vocationis suæ proprium gradum. Ideoque,
nequis forte zelo vtatur, sed non secundum
scientiam, proprii cuiusque gradus iudicium
& officiorum discretio, ac distributio tota sit
in manu Præpositi Generalis seu Prælati per
Nos quocunque tempore eligendi, vel eorum
quos ipse sibi ea cum auctoritate substituerit,
vt congruus ordo seruetur in omni bene insti-
tuta communitate necessarius. Qui quidem
Præpositus de consilio consociorum, Consi-
tutiones ad constructionem huius propositi
nobis finis conducentes condendi, maiori
suffragiorum parte semper statuendi ius ha-
bente, & que dubia esse poterunt in nostro in-
stituto hac formula comprehenso declarandi
auctoritatem habeat: Consilium vero necessa-
rio conuocandum ad condendas, vel immu-
tandas Constitutiones, & alia grauiora, vt
alienare, vel dissoluere Domos, ac Colle-
gia semel erecta, intelligatur esse maior pars
totius professa Societatis (iuxta Constitu-
tionum nostrarum declarationem) que sine
magno incommodo potest à Præposito Gene-
rali conuocari. In alijs, que non ita magni
momenti sunt, idem Præpositus adiutus qua-
tenus ipse opportunum iudicabit fratrum suo-
rum consilio per seipsum ordinandi, & iubendi
quæ

Cum maiori declaratione. 55

IVLII.
III.

qua ad Dei gloriam, & commune bonum per-
tinere in Domino videbuntur, ius totum ha-
beat, prout in Constitutionibus eisdem expli-
cabitur, quicunq; autem in hac Societate pro-
fessionem emisierint, non solum in primis pro-
fessionis suæ foribus intelligant, sed quoad vi-
xerint, memores sint, Societatem hanc vni-
uersam, & singulos, qui in ea profitentur,
sub Santissimi Domini nostri Pauli Papæ Ter-
tij, & aliorum Romanorum Pontificum suc-
cessorum eius fideli obedientia Deo militare.
Et quamuis Euangelio doceamur, & fide or-
thodoxa cognoscamus, ac firmiter teneamus,
omnes Christifideles Romano Pontifici, tan-
quam capiti, ac IESV Christi Vicario subesse:
ob deuotionem tamen maiorem ad obedien-
tiam sedis Apostolicæ, & maiorem volunta-
tum nostrarum abnegationem & certio-
rem sancti Spiritus directionem summopere condu-
cere iudicauimus, singulos nos, & quicun-
que eandem in posterum professionem emise-
rint, vltra illud commune trium votorum
vinculum, speciali ad hoc uoto astringi, ut quid-
quid modernus, & alij Romani Pontifices,
pro tempore existentes iusserint ad profectum
animarum, et fidei propagationem pertinens,
& ad quascunq; prouincias nos mittere volue-
rint sine vlla tergiversatione aut excusatione il-
lico, quātum in nobis fuerit siue nos ad Turcas
D 4 siue

Speciale
votum obe-
diendi Ro-
mano Pon-
tifici.



IVLII
III.

Ingressuri
Societate
quid con-
siderare de-
beant.

Missiones
non procu-
rande.

Votum
obedienciae.

56 Confirmatio instituti.

siue ad quoscunque alios Infideles, etiam in partibus, quas Indias vocant, siue ad quoscunque Hereticos, Schismaticos, seu etiam ad quosuis fideles, mittendos censuerit, exequi teneamur. Quamobrem qui ad nos accessuri sunt, antequam huic oneri humeros supponant, diu multumque, meditentur, an tantum pecuniae spiritualis in bonis habeant, vt turrim hanc iuxta consilium Dominicum possint consummare: hoc est, an Spiritus sanctus, qui illos impellit, tantum illis gratiae polliceatur, vt huius vocationis pondus, illo adiuuante, se laturos sperent: & postquam, Domino inspirante, huic IESV Christi militiae nomen dederint, die noctuque succincti lumbos, & ad tantum grandis debiti solutionem prompti esse debebunt. Ne qua autem possit esse inter nos missionum, aut prouinciarum huiusmodi ambitio, vel detrectatio, intelligant singuli, sibi per se, vel alium, de huiusmodi missionibus, quidquam cum Romano Pontifice, non esse curandum; sed omnem hanc curam Deo, & ipsi Pontifici tanquam eius, Vicario, & Societatis Praeposito, dimittendam: cui quidem Praeposito, sicut ceteris, nihil de sui ipsius missione in alterutram partem, nisi de Societatis consilio cum dicto Pontifice curandum erit. Voueant etiam singuli, se in omnibus, quae ad regulam huius nostrae obseruationem faciunt. Societatis

Cum maiori declarationi. 57

tatis Praeposito: qui ad hoc munus, quam fieri possit idoneus, ad plura vota, prout in Constitutionibus declarabitur, eligetur, obediens fore. Ille autem, omnem eam auctoritatem, & potestatem, habeat supra Societatem, quae ad bonam eiusdem Societatis administrationem, correctionem, & gubernationem utilis erit. Iubeat autem ea, quae ad constructionem propositi sibi à Deo & à Societate finis cognouerit esse opportuna: & in praelatione sua benignitatis, ac mansuetudinis, caritatisque Christi, Petri, Paulique formulae semper sit memor: & tam ipse, quam consilium praeditum ad normam hanc assidue spectent. Singuli vero subditorum tum propter ingentes ordinis utilitates, tum propter nunquam satis laudatum humilitatis assiduam exercitium, non solum Praeposito in omnibus, ad institutum Societatis pertinentibus, parere semper teneantur; sed in illo Christum veluti presentem agnoscant, & quantum decet, venerentur. Cui autem experti fuerimus incundio rem, puriorem, & ad proximi aedificationem aptiorem esse vitam ab omni auaritia contagione quam remotissimam: & euangelicae paupertati quam simillimam: cumque sciamus Dominum nostrum Iesum Christum seruis suis regnum Dei solum inquiringibus, necessaria ad victum, & vestitum esse subministraturum; sic voueant

IVLII
III.

Praepositi
electio, &
potestas.

Gubernandi
ratio.

Obedientia
subditorum
erga
Praepositum.

Paupertatis
Votum.



58 Confirmatio instituti.

IVLII
III.
Professi, &
eorum Do-
mus non
possunt ha-
bere red-
ditus.

De Colle-
gijs, & eo-
rum red-
ditibus.

ueant singuli, & vniuersi perpetuam Pau-
pertatem, vt non solum priuatim, sed neque
etiā cōmuniter possint Professi, vel vlla eorū
Domus, aut ecclesia ad aliquos proventus, red-
ditus, possessiones sed nec ad vlla bona stabili-
lia, præter ea, quæ opportuna erunt ad vsum
propriū, & habitationem, retinenda ius
aliquod civile acquirere, rebus sibi ex cari-
tate donatis ad necessarium vitæ vsum con-
tenti. Quia tamen Domus, quas Dominus
dederit, ad operandum in vinea ipsius, & non
ad scholastica studia exercenda destinanda
erunt: cum valde opportunum fore alioqui vi-
deatur, vt ex iuuenibus ad pietatem propen-
sis, & ad litterarum studia tractanda idoneis,
operarij eidem vineæ Domini parentur, qui So-
cietatis nostræ, etiam professa velut quoddam
seminarium existant; possit professa Societas
ad studiorum commoditatem, Scholarium ha-
bere Collegia, vbicunque ad ea construenda,
& dotanda, ex deuotione aliqui monebuntur:
quæ simul atque constructa, & dotata fuerint,
(non tamen ex bonis, quorum collatio ad se-
dem Apostolicam pertinet) ex nunc auctori-
tate Apostolica erigi supplicamus, seu pro
erectis haberi: quæ Collegia possint habere
redditus, census, seu possessiones, vsibus & ne-
cessitatibus studentium applicandas, retenta
penes Præpositum, vel Societatem omnimoda
guberna-

Cum maiori declaratione. 59

gubernatione, seu superintendentia super di-
cta Collegia, & prædictos studentes, quoad
Rectorum, seu gubernatorum, ac studentium
electionem, ac eorundem admissionem, emis-
sionem, receptionem, exclusionem, statutorum
ordinationem, & circa studentium instructio-
nem, eruditionem, ædificationem, ac correctio-
nem, victus vestitusque, & aliarum rerum ne-
cessariarum eis ministrandarum modum atq;
aliam omnimodam, gubernationem, regimen,
ac curam, vt neque studentes dictis bonis abu-
ti, neq; Societas Professa in proprios vsus con-
uertere possit, sed studentium necessitati subue-
nire: Qui quidem studentes ingenij & morum
indole tales esse debebunt; vt merito speretur,
post absoluta studia ad Societatis functiones ido-
neos fore: & sic demum post cognitum in spiri-
tu, & litteris eorum profectum, & post suffi-
cientem probationem in Societatem nostram
admitti possint. Socij autem omnes cum præ-
sbyteri esse debeant, ad dicendū officium secun-
dum communem Ecclesiæ ritum, sed priuatim
& non communiter, vel in choro, teneantur: et
in ijs, quæ ad victum, & vestitum, & cætera
exteriora pertinent, honestorum sacerdotum
communem, et approbatū vsum sequentur, vt
quod inde pro cuiusq; necessitate, vel spiritualis
profectus desiderio subtractū fuerit, ex deuotio-
ne, et nō ex obligatione, rationabile obsequium
corporis

IVLII
III.
Collegie-
rum guber-
natio pe-
nes Præpo-
situm, vel
Societa-
tem est.

De Officio
diuino re-
citando.

In victu, &
vestitu se-
qui debe-
mus vsum
cōmunem
honestorū
sacerdotū.



60 Confirmatio instituti.

IVLII
III.

corporis Deo, prout expediet, offeratur. Hæc sunt, quæ sub præfati Domini nostri Pauli, & sedis Apostolicæ beneplacito, de nostra professione, typo quodam explicare potuimus, quod nunc fecimus; ut summam informaremur tum illos, qui nos de nostro vitæ instituto interrogant, tum etiam posteros nostros, si quos Deo volente imitatores, unquam habebimus huius vitæ, quam cum multis magnasque habere annexas difficultates fuerimus experti, opportunum iudicauimus, etiam statuere ne quis ad professionem, in hac Societate emittendam, nisi diuturnis, & diligentissimis probationibus, prout in Constitutionibus declarabitur, eius vitæ & doctrina explorata fuerit, recipiatur: quia re vera, hoc institutum, omnino humiles & prudentes in Christo, & in Christianæ vitæ puritate, ac litteris conspicuos exigit. Imò, & ij, qui in Coadiutores tam in spiritualibus, quam in corporalibus, & in Scholares admittentur, quorum utriusque, post substitutiones probationes, & tempus in Constitutionibus expressum, vota sua, ad deuotionem, & meritum maius, non quidem solemniter, præter aliquos, qui de licentia Præpositi Generalis, propter ipsorum deuotionem, & personarum qualitatem, tria vota huiusmodi solemniter facere poterunt, sed quibus teneatur, quam diu Præpositus Generalis in Societate

Ad professionem, nõ admittantur nisi diu multumq; probati.

Coadiutores, & scholares vota sua debent emittere.

Aliqui tria vota solemniter emittere possunt.

Cum maiori declaratione. 61

IVLII.
III.

cietate eos retinendos esse censuerit, emittere debeant, prout in Constitutionibus latius explicabitur non nisi diligenter examinati, & idonei reperti, ad eundem finem Societatis, admittantur ad hanc IESV Christi militiam, qui tenuibus cæptis nostris fauere dignetur, ad gloriam Dei Patris, cui soli sit semper decus, & honor in sæcula amen. Quapropter considerantes, nihil, quod pium sanctumque non sit, in dicta Societate, eiusque laudabilibus institutis, ac exemplari Ignatii, & aliorum Sociorum prædictorum vitæ, & moribus reperiri; eaque omnia ad suorum, & aliorum Christianorum animarum salutem, & fidei exaltationem tendere; Socios, ac illorum Coadiutores prædictos, & ipsius Societatis Scholares à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pænis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, illosque sub nostra, & Apostolicæ sedis protectione suscipientes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, erectionem, & institutionem Societatis, ac extensionem numeri illius Sociorum, ac receptionis, et admissionis Coadiutorum,

Idonei coadiutores, & scholares debent admitti.

Approbatum, & confirmatum in statutum & privilegia concessa.



IVLII
III.

62 Confirmatio instituti.

torum, ac omnia, & singula, Præiulia, im-
munitates, exemptiones, libertates, & con-
dendi, & alterandi statuta, & ordinationes,
ac alia quæuis indulta eisdem, Societati, & il-
lius Præposito per prædecessorem nostrum
& sedem huiusmodi, sub quibuscunque teno-
ribus, & formis concessa, & confirmata, ac
desuper confectas, tam sub plumbo, quam in
forma breuis litteras, & in eis contenta ac in-
de secuta quæcunque, perpetuò approbamus
& confirmamus, ac eis perpetuæ firmitatis ro-
bur adiicimus, suppletes omnes, & singu-
los tam Iuris, quam facti defectus, si qui
intervenierint, in eisdem: Eaque omnia & sin-
gula perpetuæ, & inconcussæ firmitatis ro-
bur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debe-
re, & sic per quoscunque Iudices, & Com-
missarios, quæuis auctoritate fungentes, su-
blata eis, & eorum cuilibet quæuis aliter iu-
dicandi, & interpretandi facultate, & au-
thoritate, iudicari interpretari, atque decidi
debere; necnon quidquid secus super his per
quoscunque, quæuis auctoritate, scienter, vel
ignoranter cõtigerit attentari, irritu & inane
decernimus, & declaramus. Quocirca vniuer-
sis, & singulis venerabilibus fratribus Patri-
archis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis
filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs per-
sonis in dignitate ecclesiastica constitutis, per
Aposto-

Iudices
qui assi-
stant.

Cum maiori declaratione. 63

Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi,
& eorum quilibet per se, vel alium, seu alios
Præfatis Præposito, & Societati in præmis-
sis, efficacis defensionis præsidio assistentes,
faciant auctoritate nostra singulas prædictas,
& presentes litteras plenum effectum sorti-
ri, ac ab omnibus inuiolabiliter obseruari: non
permittentes quemquam contra illarum teno-
rem quomodolibet indebite molestari: contra-
dictores quoslibet, & rebelles per censuras
ecclesiasticas, & alia iuris opportuna reme-
dia, appellatione postposita, compescendo, ac
censuras prædictas legitimis super his habendis
seruatis processibus, etiam iteratis vicibus
aggrauando: innocato etiam ad hoc, si opus fue-
rit, auxilio brachij secularis; Non obstantibus
constitutionibus, & ordinationibus Apostoli-
cis, ac omnibus illis, & singulis, quæ in litte-
ris prædictis idem prædecessor noster voluit
non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque;
aut si aliquibus communitè, vel diuim ab
Apostolica sit sede indultu: quod interdicti, su-
spendi, vel excommunicari nõ possint per litteras
Apostolicas nõ facientes plenam, & expressam,
ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi
mentionem. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ absolutionis sus-
ceptionis approbationis confirmationis adie-
ctionis, suppletionis, decreti, declarationis,
& man-

IVLII
III.

Non obsta-
tibus, &c.



64

Priuilegia.

I V L I I
I I I .

*& mandati infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit,
indignationem omnipotentis Dei, et
beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius
se nouerit incursum.*

Datum Romæ, apud sanctum Petrum,

Anno incarnationis Dominicæ.

M. D. L. Duodecimo Kalen.

Augusti: Pontificatus

nostri Anno

Primo.

F. de Mendoza.

Ed. Cardinalis Cæsius.

BREVE. I. 65
CONFIRMATIO

Priuilegiorum Societati con-
cessorum: Et Alio-
rum noua con-
cessio.

M. D. L II.



*Dilecto Filio, Ignatio de Loyola,
Præposito Generali Socie-
tatis IESV.*

I V L I V S P A P A . I I I .



*I L E C T E Fili Salutem, &
Apostolicam benedictionem.
Sacra Religionis, sub qua di-
lecti filij Societas IESV,
reiectis seculi vanitatibus,
gratum Altissimo præbent
sub humilitatis spiritu famulatum, & feruen-
tibus*

IULII
III.Confirmatur Priuilegia hæc-
nus concessa.

Dispensare circa ieiunia, & cibos prohibitos.

Absoluerunt à quibus-
cunque ca-
sibus hæc

tibus studijs per exempla virtutum, & solidam doctrinam alios ad diuinam Maiestatis obsequia trahunt, fauor exposcit, & deuotionis vestra merita Nos inducunt ut eas quæ per Nos, & prædecessorem nostrum tibi, & illis prouidè concessa sunt, Apostolicæ firmitatis munimine robaremus: vosque amplioribus fauoribus, & gratijs confoueamus, ea vobis concedentes, per quæ commoditatibus vestris, & animarum tum vestrarum, tum etiam aliorum, quibus iuuandis vacatis, potius amplius consulatur. Tuis itaque in hac parte nobis porrectis supplicationibus inclinatis, omnia et singula, litteras, facultates, indulgentias etiam plenarias, concessiones, immunitates, exemptiones, libertates, gratias, priuilegia, & indulta, tibi, & ad tui, & pro tempore existentis Præpositi Generalis Societatis huiusmodi dispositionem concessa, nec non facultatem inter alia cum personis Societatis huiusmodi circa ieiunia, & cibos prohibitos, per te, & alios Societatem ipsam professos dispensandi, ac quoscunque à casibus hæresis, & alijs contra fidem, & consequentibus censuris quibuscunque, etiam per te, & successores tuos, & alios similiter professos ad id idoneos, per te, & pro tempore existentem Præpositum Generalem Societatis huiusmodi deputandos absoluerunt, & quatenus opus sit, in foro conscientie

IULII
III.his in foro
conscientie.

Priuilegia prædicta sub quibusuis derogationibus non comprehendantur.

scientie dispensandi, per sel. recor. Paulum Papam III. prædecessorem nostrum, & forsitan Nos tam in genere, quam in specie, & aliàs quomodolibet, & sub quibuscunque tenoribus, & formis concessa, eorum omnium tenores, & causas, propter quas concessa sunt, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, Apostolica auctoritate, ex certa nostra scientia, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inconcussæ firmitatis robur adijcimus, illaque inuolabiliter obseruari, & sub quibusuis derogationibus, reuocationibus, suspensionibus, alterationibus, decretis, declarationibus, ac litteris Apostolicis: etiam quasuis clausulas generales, vel speciales, etiam derogatoriarum derogatorias, efficaciores, & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum forma, & expressione in se continen. ac Cancellariæ Apostolicæ regulis, seu constitutionibus Apostolicis, quomodolibet pro tempore factis, & editis, nullo vnquam tempore comprehendi: aut eis in aliquo derogari, seu ea reuocari, aut alterari nullatenus posse: sicque per quoscunque Iudices & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, in quauis causa & instantia, subblata eis & eorum cuiilibet quauis aliter indubandi, & interpretandi facultate, & aucto-
ritate



IVLII
III

ritate, indicari, ac definiri debere: ac ex nunc
quidquid secus super his à quoquam, quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter contige-
rit attentari, irritum, & inane, decernimus.
Et nihilominus, vt tu & Societas huiusmodi
quietius, & deuotius in humilitate spiritus
Altissimo gratum prabere possitis famula-
tum, facultatem, & licentiam anteponendi
& postponendi officium diuinum, aliàs vobis
concessam ad hoc, vt tu, & pro tempore exi-
stentes religiosi Societatis huiusmodi ex legi-
timis, ac iustis causis, in quo tuam, & suc-
cessorum tuorum Præpositorum Generalium
pro tempore existentium, & aliorum, quos
ad hoc substitueritis, conscientiam oneramus
officium ipsum celebrationi Missæ libere, &
absque conscientie scrupulo postponere possi-
tis, auctoritate, & tenore prædictis extendi-
mus & ampliamus: ac insuper tibi, & alijs
Præpositis Generalibus Societatis huiusmodi
pro tempore existentibus, & alijs, quibus
hanc commutationem, auctoritatem vestram
communicaueritis, vt recitationem officij
huiusmodi pro ijs, qui ob infirmitatem
videbuntur excusandi, in aliud opus
pium, seu leniorem orationem, durante tem-
poris infirmitate, arbitrio vestro commuta-
re; nec non Scholaribus Collegiorum Societa-
tis huiusmodi in Vniuersitatibus alicuius stu-
dij, &

Facultas
preponen-
di ac post-
ponendi of-
ficium di-
uinum.

Postpone-
re offi-
cium diui-
num Missæ
celebrati-
oni.

Infirmis
commuta-
re officij
diuinum.

Quomodo
Nostri in

IVLII.
III.

dij, generalis existentium quod ipsi, si præuio
rigoroso, & publico examine in eisdem Vni-
uersitatibus idonei repertifuerint, & Recto-
res Vniuersitatum huiusmodi eos gratis, &
amore Dei absque aliqua pecuniarum solutio-
ne promouere recusauerint, in Collegijs præ-
dictis, à Præposito Generali, pro tempore
existenti, vel de eius licentia, à quouis ex
inferioribus Præpositis, vel Rectoribus huius-
modi collegiorum, cum duobus etiam, vel tri-
bus Doctoribus, seu Magistris, per eosdem eli-
gendis; Scholaribus vero collegiorum eorum-
dem, extra Vniuersitates existentium, studio-
rum suorum cursu absoluto, & rigoroso exami-
ne præcedente, à dicto Præposito Generali, vel
de eius licentia, à quouis ex Præpositis, vel
Rectoribus huiusmodi collegiorum, cum duo-
bus, vel tribus Doctoribus, vel Magistris,
per eosdem eligendis, quosunque Baccalau-
reatus, ac Magisterij, Licentiaturæ, ac
Doctoratus gradus accipere: Præpositis,
vel Rectoribus cum Doctoribus huiusmodi,
vt eosdem Scholares ad gradus ipsos promo-
uere, eisdemque Scholaribus, vt postquam
promoti fuerint, in eis legere, disputare, ac
quosunque alios actus ad hæc necessarios fa-
cere, & exequi, ac omnibus, & singulis pri-
uilegijs, prærogatiuis immunitatibus, exem-
ptionibus, libertatibus, antelationibus; fa-
uoribus,

Vniuersita-
tibus pos-
sunt ad gra-
dus promo-
ucri.

Nostri ex-
tra Vniuer-
sitates pos-
sunt ad gra-
dus promo-
ucri.

Priuilegia
eorum qui
ad gradus
promouen-
tur.



IVLII
III.
uoribus, gratijs & indultis, ac omnibus, & singulis alijs, quibus alijs in quibusuis Vniuersitatibus studiorum huiusmodi, rigoroso examine prauio, ac alias iuxta inibi obseruari solitos, & requisitos vsus, ordinationes, ritus, ac mores, pro tempore promoti de iure vel consuetudine, aut alijs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad ipsorum instar, sed pariformiter, & eque principaliter absque vlla penitus differentia, vti, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si gradus, huiusmodi in eisdem Vniuersitatibus, & non eorum collegijs huiusmodi accepissent. Præpositis quoque inferioribus à te, & pro tempore existenti Præposito Generali præfatto, vel etiam Prouincialibus, præsertim in locis Indiarum, & alijs remotis partibus, pro tempore deputatis, vt ipsi quæcumque, gratias, facultates, concessiones, & indulta eis petite, & eundem Præpositum Generalem, vel Prouincialem, pro tempore existentes, communicata, & concessa, quibusuis alijs personis de Societate huiusmodi Professis, eis benevisis, quoties eis videbitur, de tua tamen, & Præpositorum Generalium pro tempore existentium licentia, communicare, & concedere possint. Et insuper religiosi Societatis huiusmodi

Præpositi inferiores gratias sibi communitas, de licentia Generalis, professis communitate possunt.

huiusmodi pro tempore senio confectis, aut aliquam infirmitate grauatiss, & ad operandum in vinea Domini non idoneis, etiam Professis, vt in collegijs Societatis huiusmodi de tui, & pro tempore existentis Præpositi Generalis, vel inferiorum, quibus hanc facultatem communicaueris, seu communicauerint licentia, morari, & ex illorum redditibus, & prouentibus se sustentare, absque aliquo conscientie scrupulo, liberè & licitè valeant, plenam & liberam, auctoritate & tenore præmissis, facultatem & licentiam concedimus. Non obstantibus quibusuis Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus, constitutionibus, ordinationibus, ac Societatis, & Vniuersitatum huiusmodi, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Societati & Vniuersitatibus, illarumque Rectoribus, Doctoribus, & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis: etiam Motu proprio, & de Apostolica potestatis plenitudine, ac alias quomodolibet concessis; approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam

IVLII
III.
Professi senes vel infirmi, possunt cum facultate Generalis in Collegijs habere.

Non obstantibus etc.



IVLII
III.

Transum-
ptis habea-
tur fides.

72 Priuilegia.
si de illis, eorumque totis tenoribus specialiter
specificata, & expressa mentio, aut quæuis alia
expressio habenda foret, tenores huiusmodi,
presentibus pro sufficienter expressis habenti-
bus, illis alias in suo robore permansuris, hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrarijs quibuscunque.
Verum quia difficile foret presentes litteras
ad singula quæque loca deferre; volumus, &
eadem auctoritate decernimus, quod ipsarum trans-
sumptis manu alicuius Notarij publici sub-
scriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel perso-
næ in dignitate ecclesiastica constitutæ, aut curi-
æ ecclesiasticæ munitis, in iudicio, & alibi
ubi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibean-
tur, quæ adhiberetur eisdem presentibus, si so-
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum,
sub annulo Piscatoris, Die XXII.

Octobris, M. D. LII.

Potificatus nostri An-
no Tertio.

Gal. Aquinas.

PII IIII. 73
CONFIRMATIO

Et noua concessio facultatis
circa Societatis ædificia,
etiam intra centum qua-
draginta annos alio-
rum ordinum eri-
genda.

M. D. L XI.



Dilectis filijs Præposito Generali,
& vniuersæ Societati
I E S V.

PIVS PAPA IIII.



DILECTI Filij Salutem, &
Apostolicam benedictionem.
Et si ex debito pastoralis offi-
cij, singulos Religiosos, qui spre-
tis huius transitorij seculi
pompis, iugum Religionis libenter amplexi,
propriam voluntatem abnegare, & in cælis
thesauros



Intra cannas.

thesauros suos reponere decreuerunt, paternam dilectione prosequamur; ad illos tamen qui sicut nomen sociorum IESV assumpserunt, ita opere, doctrina, & exemplis: Dominum nostrum Iesum Christum imitari, & eius vestigia sequi nituntur, maioribus favoribus, & gratijs prosequendum inuitamur. Cum itaque sicut accepimus, alijs postquam vos, quibus dudum antea per speciale priuilegium vobis per se. re. Paulum Tertium concessum, & Iulium etiam Tertium predecessores nostros confirmatum ut quacunque, Domos Ecclesias, & Collegia Societatis IESV, cum omnibus ad id necessarijs, & opportunis, construi, ac edificari facere, ac loca pro huiusmodi constructionibus, vobis pro tempore concessa recipere possentis, indultum fuerat: decreto etiam in litteris eorundem predecessorum desuper confectis appposito, quod Domus, Ecclesia, Collegia, cella, & Oratoria, vbilibet per vos, pro tempore constructa, seu vobis donata, eo ipso quod edificata, vel donata forent; Apostolica auctoritate erecta, approbata, & confirmata esset, & esse cesserentur, ac alias prout in litteris predictis latius contineri dicitur: vosq; in vniuerso priuilegij sic vobis concessi, & postea, ut prefertur confirmati, in diuersis mundi partibus, quam plura Collegia, Domos, & Ecclesias dicta Societatis etiam in locis intra centum quadraginta

Concessio
Pauli i j.
& confirmatio
Iulij iij. de
erigendis
Collegijs,
& Domibus
Societatis.

Intra cannas.

draginta cannas, ab alijs Religiosis locis diuersorum ordinum, etiam mendicantium consistentibus erexeratis, in Dei laudem, & honorem, ac Christiana religionis non modicum incrementum, cum postmodum vos dicto vestro priuilegio vtendo, vnum Collegium eiusdem Societatis in ciuitate Palentina & fundo vobis, ad id donato, iuxta quendam conuentum ordinis fratrum Minorum sancti Francisci, de obseruantia erexissetis; seu iam erectum, & vobis donatum accepissetis: Dilecti filij fratres dicti conuentus, pretendentes Collegium predictum, stantibus priuilegijs dicto ordini fratrum Minorum concessis, construi seu erigi non posse se premissis opposuerunt, & vos desuper molestare velle se iactauerunt, & iactant. Nos qui inter seruos Christi pacem, & tranquillitatem intimis desideramus affectibus, attendentes quantum dicta vestra Societas in Ecclesia Dei hactenus fructum attulerit, & quantum in futurum, Deo dante, sit allatura: & propterea vos praeter ceteris alijs Religiosis maioribus favoribus, & gratijs fore merito prosequendos: & cupientes quod Collegium sic per vos in dicta ciuitate Palentina erectum, seu vobis donatum, ad debitum vltiorem effectum perducatur, Motu proprio non ad vestram, vel alicuius pro vobis, nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex nostra certa

Commen-
dario So-
cietatis.



PII IIII.

76

Intra cannas.

certa scientia, & spontanea voluntate, ac de Apostolica potestatis plenitudine, litterarum predictarum, necnon Privilegorum dictorum fratrum minorum veriores tenores, ac alia in premissis, etiam forsan de necessitate exprimentas, pro expressis habentes; vosque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existitis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes: vobis ut Collegium per vos in dicta Ciuitate Palentina, ut premititur, erectum inhabitare, et inhabitari, ac in eo omnia, & singula, quae in alijs eiusdem Societatis Collegijs fieri, & exerceri solent, fieri, & exerceri facere, liberè, ac licitè possitis, & valeatis, Apostolica auctoritate tenore presentium, de specialis dono gratia concedimus, & indulgemus, ac licentiam, & liberam facultatem impartimus, vosque à quibusvis censuris, & pœnis, in vos premissorum occasione forsan latis, motu simili absoluiamus. Et ut via molestandi, & impediendi vos super similibus erectionibus in futurum ceteris precludatur. Privilegium ut praefertur per praefatos predecessores nostros vobis concessum, & confirmatum, tam quoad

Erectio Collegij Palentini approbatur.

Confirmatio, & noua concessio Collegij vbiq; terrarum erigendi.

Intra cannas.

77

PII IIII.

quoad dictum in ciuitate Palentina erectum, quam quoad alia quaecunque Collegia, Domos, Ecclesias & Oratoria in quibusvis mundi partibus per vos hactenus erecta, & in posterum erigenda, motu simili approbamus, & confirmamus, ac de nouo concedimus, illique perpetua, & inuiolabilis firmitatis robur adiucimus: ac oppositionem, & contradictionem dictorum fratrum Minorum, nullum vobis quoad dictum, & alia Collegia, Ecclesias, & Domos per vos hactenus erecta, & in posterum erigenda, prauidicium attulisse, vel in futurum afferre posse; sed privilegium per nos confirmatum, & de nouo concessum huiusmodi, perpetuo illatum, & illibatum fore, & esse; sicque per quoscunque iudices, & commissarios, etiam S. R. Ecclesiae Cardinales, ac sacri Palatii Apostolici causarum auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, definiendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, defini, & interpretari debere; & quidquid secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quo circa vniuersis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate ecclesiastica constitutis, per praesentes,

Deputantur Iudices conferuatores.



presentis, motu simili mandamus, quatenus ipsi, & eorum quilibet, per se, vel alium, seu alios, presentes litteras, & in eis contenta quacunque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra, aut alicuius vestrum fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobisque in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra, vos decreto, confirmatione, concessione, indulto, licentia, facultate, & absolutione, ac alijs premissis pacifice gaudere: ac easdem presentes litteras, & in eis contenta quacunque, perpetuo inuiolabiliter obseruari: Non permittentes vos super eisdem premissis, vel eorum aliquo, per dictos ordinis Minorum, vel alios aliorum quorumcunque ordinum Religiosos, seu locorum Ordinarios, aut alios quoscunque iudices, & personas cuiuscunque status, gradus, ordinis, & conditionis existant, & quacunque, etiam Pontificali, Regia, vel alia auctoritate fungantur, publice vel occulte, directe, vel indirecte, tacite, vel expresse, quouis quaesito colore, vel ingenio impediri, molestari, vel alias quomodolibet inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras ecclesiasticas, & alia iuris opportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, innocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. **NON** obstantibus premissis

premissis, ac felicitis recordationis Bonifacii Octavi, predecessoris nostri, de vna, & in Concilio generali, de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas quis auctoritate presentium, ad iudicium trahatur, alijsque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nostrisque de iure quaesito non tollendo, & alijs Cancellaria Apostolica regulis, nec non dicti ordinis fratrum Minorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem ordini fratrum Minorum, & alijs quibusuis, etiam Mendicantium ordinibus, illorumque Superioribus, etiam super non edificandis Ecclesijs, Domibus, & Collegijs aliarum Religionum intra centum quadraginta cannas ab eorum cenobijs, & conuentibus, ac alias sub quibusuis tenoribus, & formis per quoscunque Romanos Pontifices, & nouissime per felicitis recordationis Paulum Quartum predecessores nostros concessis, confirmatis, & innouatis, ac omnibus alijs, que prefati Paulus, & Iulius predecessores nostri, in eorum respectiue litteris voluerunt non obstare; necnon quacunque lite inter vos, & fratres predictos seu alios cuiuscunque ordinis, vel Religionis existant, coram quibuscunque

IULI
III.
Non ob-
stantibus.
&c.

Derogatur
privilegijs
quorum-
uis ordi-
num, etiam
quantum
ad cannas.



80 Intra cannas.

III. *cumque iudicibus, & in quacunque instantia forsan pendente, cuius statum, actus et merita ac si de verbo ad verbū insereretur, nominatque, & cognomina Iudicum coram quibus procedet, presentibus haberi volumus pro expressis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua ac de verbo ad verbum, non tamen per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia expressa forma seruanda foret, tenores illorum, si de verbo ad verbum, nihil penitus omissis, forma in illis tradita obseruata inserti forent presentibus pro expressis habentes, illis aliam in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu simili specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XIII.

Aprilis. M. D. LXI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Ca. Glorierius.

AD GRADVS. 81

CONFIRMATIO
ET EXTENSIO FACULTATIS
conferendi gradus in Artibus &
Theologia. Necnon exemptio-
nis à qualibet decimarum &
impositionum solutione.

M. D. LXI.



*Dilectis filijs Præposito Generali,
& vniuersæ Societati
I E S V.*

PIVS PAPA IIII.



*DILECTI Filij Salutē, & Apo-
stolicam benedictionem. Expo-
ni nobis nuper fecistis, quod
cum vestra Societati, per se-
re. Iulium Tertium Romanum
Pontificem prædecessorem nostrum concessū
sit, vt eius Collegiorum, extra studiorum ge-
neralium Vniuersitates constitutorum, Scho-
lares absoluto studiorum suorum cursu, & ri-
goroso examine præcedente, à Generali Præ-
posito pro tempore existente, vel de eius li-*

*Inlij 3. Cō-
cessio circa
promouen-
dos ad gra-
dus.*

F cen-



III IIII.

Privilegia
concessa à
Iulio Ter-
tio pro ijs,
qui promo-
uentur ad
gradus in
Societate.

Non expe-
dire, vt no-
stri promo-
ueantur in
Vniuersita-
tibus, pro-
pter obli-
gationes iu-
ramenta, &
expensas.

82

Ad gradus.

centia, à quolibet ex Prepositis, vel Rectoribus Collegiorum Societatis huiusmodi, cum duobus vel tribus Doctoribus, vel Magistris ad id per eos eligendis quoscunque Baccalariatus, Licentiaturæ, Magisterij, & Doctoratus in artibus, & Theologia gradus acciperent; & postquam promoti fuerint, in eis legere disputare, & alios quoscunque actus ad id necessarios facere, & exequi: omnibusque & singulis privilegijs, prerogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, antelationibus, fauoribus, gratijs, & indulgijs, quibus alij in Vniuersitatibus Studiorum generalium, & rigoroso examine prauio, ac alias iuxta illarum ordinationes, vsus, ritus, & mores pro tempore promoti, de iure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet uti, potiri, & gaudere possint: non solum ad eorum instar sed pariformiter, & æque principaliter absque vlla penitus differentia uti, potiri, & gaudere valeant in omnibus, & per omnia perinde, ac si gradus in Vniuersitatibus, & non in Collegijs huiusmodi accepissent: Ac dicta Societas, sua etiam in diuersis vniuersitatibus habeat Collegia, in quibus artes liberales, etiam Theologia, atque litterarum studia diligenter tractantur, & quorum Scholares partim propter obligationes, & iuramenta, per inibi promouendos prestari solita, partim ob nimias, quæ ibi fieri solent im-

pen-

A decimis:

83

PII IIII.

penfas, ab eisdem Vniuersitatibus, earumque Rectoribus, & deputatis promoueri non expediat. Præterea, quod quamuis re. mc. Paulus Papa III. prædecessor eandem Societatem, eiusque personas à decimarum, & aliarum quarumcunque impositionum solutione exemptum, prout in ipsorum prædecessorum litteris de super confectis plenius continetur: ipsiq; prædecessores in privilegio huiusmodi vobis concessi, eius intentionis fuisse credantur; quia tamen id disertis verbis non vsquequaque explicitum, nec in exemptione vobis concessa huiusmodi, de Domibus probationis, & Collegijs eiusdem Societatis (non tamen professorum Domus) quæ iuxta regularia illius instituta bona stabilia habent, aut habere possunt, specialis mentio facta fuit, molestiam vobis inferri, ac Domus probationis, & Collegia versus præfata, super exemptione huiusmodi perturbari posse, tempore procedente timeatis. Quare nobis humiliter supplicari fecistis, quatenus privilegijs, & exemptioni, ac desuper confectis litteris præfatis, pro firmiori illorum subsistentia, approbationis nostræ robur adijcere, illaque, vt infra dicitur, declarare, ampliare, & alias in premissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui voti vniuersi Religionis vestræ profectum, sincero pa-

Exemptio
à Paulo iij,
concessa
super deci-
marum &
impositio-
num solu-
tiones.

F 2 terna



terna caritatis affectu libenter amplectimur litterarum predictarum veriores tenores, ac quarumcunque litium, & causarum vobis per quoscunque desuper motarum statum, & merita ac nomina, & cognomina Iudicium, & collitigantium, ac titulos eorum presentibus pro sufficienter expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, priuilegia, & exemptionem, ac cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis litteras, predictas, & illorum vigore Domos, & Collegia vestra vbi libet constructa, & alia inde sequuta quacunque, iuxta tenorem litterarum eorundem predecessorum, Apostolica auctoritate, ex certa scientia confirmamus, et approbamus; ac etiam plenarie innouamus, & de nouo quatenus sit opus concedimus: necnon illis perpetue, et inuolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos iuris, & facti defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem, supplementis, & nihilominus pro potiori cautela, vniuersam Societatem, omniaque, & singula illius Domos probationis, & Collegia vbi libet consistentia presentia, & futura, eorumque personarum fructus, redditus, proventus, etiam bonorum ecclesiasticorum, secularium, & regularium quorumcunque illis pro tempore vniuersarum, aliasque res & bona quacunque a quibusuis decimis, etiam Papalibus, predialibus per

Exemptio
nis predictarum, confirmatio & noua concessio.

Exemptio
nis predictarum, & declaratio, & extensio.

personalibus, quartis medietatibus, et alijs fructuum partibus, subsidijs, etiam caritatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, ac alias quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiâ, pro tempore impositis, etiam si in illorum impositione caueatur, quod nulla prorsus exemptio cuiquam aduersus illa suffragetur, ita quod Societas, eiusque Domus, Collegia, fructus, res, & bona prefata semper ab illis, absque declaratione desuper facienda, excepta sint, & esse censeantur, perpetuo liberamus, & eximimus. Et insuper tibi moderno, & pro tempore existenti Preposito Generali dictæ Societatis, vt per te, vel illum, seu aliquem, ex Prepositis, vel Rectoribus Collegiorum vestrorum, tam in Vniuersitatibus Studiorum generalium, quam extra illas vbi libet consistentium, in quibus ordinaria Studiorum artium liberalium, & Theologiæ lectiones habentur, cursusque ordinarij peragentur, vt dictæ Societatis Scholares, et pauperes externos qui dictas lectiones frequentauerint, & etiam diuites (si Officiales Vniuersitatum eos promouere recusauerint) cum per examinatores vestre Societatis, idonei sint inuenti (solutis tamè per diuites suis iuribus Vniuersitatibus in vestris Collegijs Vniuersitatum quarum-

Facultas conferendi gradus in Collegijs Societatis, vbi lectiones theologicæ & cursus ordinarij peragentur.

Quomodo nostri Scholares, & externi pauperes, & diuites ad gradus possunt à nostris in Vniuersitatibus promoueri.



PII IIII.

Vbi non
est Vniuer-
sitas, nostri
& externi
Scholares
ad gradus
promoueri
possunt in
Collegijs
vbi studue-
runt.

Concessio
Iulij. iij. de
gradibus
ad præmis-
sa extendi-
tur, & am-
pliatur.

cunque, & in alijs extra Vniuersitates consi-
sten. Collegijs vestris, alios quoslibet Schola-
res, qui inibi sub eorundem Collegiorum obe-
dientia, directione, vel disciplina studuerint
ad quoscunque Baccalaureatus, Licentiatu-
ra, Magisterij, & Doctoratus gradus præse-
tos, ac alias in reliquis iuxta litterarum Iulij
prædecessoris prædicti tenorem promouere, ip-
sique sic promoti priuilegijs, alijsque in eis
litteris contentis plenariè vti, potiri, & gau-
dere liberè, & licitè valeant, auctoritate præ-
fata concedimus, & indulgemus; ac eiusdem
Iulij prædecessoris litteras ad præmissa exten-
dimus, & ampliamus. Necnon presentes lit-
teras, & in eis contenta de subreptionis, vel
obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intention-
is defectu quouis prætextu, quæsitione co-
lore nullo vnquam tempore notari, vel impu-
gnari posse, nec sub quibusuis suspensionibus,
reuocationibus, derogationibus, vel limitatio-
nibus similium, vel dissimilium gratiarum à
nobis, & sede Apostolica, ex quauis causa, pro
tempore emanatis, vllatenus comprehendì, sed
semper ab illis exceptas, & quoties illæ em-
nabunt, toties in pristinum statum restitutas, et
de nouo concessas fore, vobisque, & vniuersæ
Societati, singularibusque personis, & alijs
præmissis omnino suffragari; & sic in præmis-
sis omnibus, & singulis per quoscunque Iudi-
ces.

PII IIII.

ces, et Commissarios, etiam S.R.E. Cardinales,
sublata eis, & eorū cuilibet quauis aliter iudi-
candi, & interpretandi facultate, iudicari, &
definiri debere: ac quidquid secus à quoquam,
quauis auctoritate scienter, vel ignoranter at-
tentari contigerit, irritū, & inane decernimus.
Quo circa vniuersis, & singulis venerabilibus
fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episco-
pis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, et
alijs personis in dignitate ecclesiastica consti-
tutis, per presentes mandamus, quatenus ipsi,
vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu
alios, presentes litteras, & in eis cōtenta que-
cunque, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties
pro parte vestra fuerint requisiti, solemniter
publicātes, vobisq; in præmissis efficacia defen-
sionis presidio assistentes, faciant auctoritate
nostra presentes litteras, & in eis contenta
quecunq; firmiter obseruari: vosq; priuilegijs,
exemptione, ac alijs omnibus, & singulis præ-
missis pacifice frui, & gaudere: non permitten-
tes vos desuper, vel aliquem vestrū, aut alios,
quorum interest, per quoscunq; quauis aucto-
ritate fungētes contra præmissa quomodolibet
indebite molestari: cōtradictores quoslibet, &
rebelles per censuras ecclesiasticas, et alia op-
portuna iuris, & facti remedia, appellatione
postposita, cōpescendo inuocato etiā ad hoc, si
opus sit, auxilio brachij secularis. Non obstan-
tibus.

Deputa-
tur Iudices
consecra-
tores.



Pii IIII.
Non obstantibus,
&c.

tibus premissis, & quibusvis Cancellaria Apostolica regulis, & presertim illa de non tollendo iure quesito, ac pie memoria Bonifacii Papa viij. etiam predecessoris nostri de vna, & Concilij generalis, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, necnon quibusvis alijs Apostolicis ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumcunque Vniuersitatum ordinum, conuentuum & aliorum locorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, eorumque Superioribus & personis in genere, vel in specie, sub quibuscunque tenentibus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritatibusque, & alijs decretis, etiam in forma Breuis tam per Nos quam quosvis predecessores nostros: ac etiam dicta sedis Legatos, etiam ad quorumvis Imperatorum, Regum, Ducum instantiam, aut etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut & Consistorialiter etiam per viam generalis legis, & statuti perpetui quomodolibet concessis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam

Pii IIII.

Marimagno, Bulla aurea, aut alias nuncupatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, seu, si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excoicari non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam, ac expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quod presentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo alicuius Episcopi, vel persone in ecclesiastica dignitate constituta, munitis, eadem prorsus fides habeatur, que ipsis originalibus litteris haberetur si forent exhibitae, vel ostense. Dat. Rome apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XIX. Augusti. M.D.LXI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Ca. Glorierius.

Transumptis habeatur fides.



90 P I I V.
C O N F I R M A T I O

Et extensio Priuilegij So-
cietatis contra
Apostatas.

M. D. L X V.



PIUS Episcopus seruus seruo-
rum Dei; Ad perpetuam
rei memoriam.

AEQVVM reputamus, &
rationi consonum, vt ea, quæ
de Romani Pontificis gratia
præcesserunt, licet eius su-
perueniente obitu litteræ Apo-
stolica super illis confecta non fuerint, suum
consequantur effectum. Dudum siquidem se-
li. recorda. Pio Papæ IIII. prædecessori no-
stro, pro parte carissimi in Christo filij nostri
tunc sui, Sebastiani Portugallie, & Algarbio
rum regis illustris, ac dilectorum filiorum
Præpositi

Apostatas.

91

Præpositi Generalis, & Religiosorum Socie-
tatis I E S V, exposito, quod licet aliis pie
memoriæ Paulus Papa Tertius etiam præde-
cessor noster, in sui, dictæque Societatis fa-
uorem inhibuisset, ne quis post emissa vota
in dicta Societate, secundum illius constitu-
tiones siue Professus, siue Scholaris, siue
Coadiutor Societatis huiusmodi ille esset, ad
quemuis alium ordinem, etiam per sedē Apo-
stolicam approbatum (ordine Carthusiensium
duntaxat excepto) nisi de expressa ipsius Præ-
positi, aut sedis licentia transferri posset. Vo-
lens, & concedens quod Generalis, & alij infe-
riores Præpositi dictæ Societatis, per se, vel
per alios, sic egressos, ac alios quoscunque di-
ctæ Societatis Apostatas, in quocunque ha-
bitu illos contingeret inueniri, excommunica-
re, capere, & incarcerare, aut alias suæ di-
sciplinæ submittere, & ad id, si opus foret,
auxilium brachij secularis inuocare, liberè, &
licite valerent, prout in ipsius Pauli præde-
cessoris litteris desuper confectis plenius dice-
batur contineri; ac inhibito, voluntas, &
concessio Pauli prædecessoris huiusmodi, quæ
tranquillitatem, conseruationem, & com-
mune bonum dictæ Societatis concernebant,
ab omnibus illius Religiosis humiliter seruari
debuissent: nihilominus nonnulli animi lenita-
te, vt credebatur ducti, ac quietem labori, cui
procul-

P I I V.

Concessio
Pauli III.
contra A-
postatas So-
cietatis.



P II V.

Quibus de
causis è So-
cietate nõ-
nulli ad re-
ligionem
aliam tran-
sire voluc-
sint.

92

Contra.

proculdubio Religiosi Societatis huiusmodi, pro excolenda, & propaganda Christiana Religione continuo erant expositi, ac privatum commodum, publicæ, tam dictæ Societatis, quam Christianæ reip. utilitati indiscrete præferentes, fucatisque coloribus asserentes, se id facere ob frugē melioris vitæ, aut strictioris observantiæ, seu non obtenta Superiorum licentia, ad alios, etiam fratrum Mendicantium ordines transire posse iactabant, & forsitan aliqui de facto iam transierant. Alij vero (quod turpius erat) ambitiosa cupiditate moti, postquam se Deo dederant, sæculi libertatem quærentes, ad illud reverti, & in illo palam degere non dubitauerant, nec dubitabant, in animarum suarum detrimentum, ac Societatis prædictæ non modicum præiudicium, & iacturam. Et nisi opportuno aliquo remedio, dictæ Societatis indemnitati, tranquillitati, & conservationi consuleretur, verendum erat, ne Societas ipsa, quæ in erudiendis, & docendis viris, qui Christianæ Reipub. per verbi Dei Prædicationem prodesse, & catholicam fidem in remotissimis etiam Brasiliæ partibus propagarent & seminarent, sedulo intendebat; taliter delusa, & defraudata viris sua impensa, & labore edoctis, careret litteratis, qui operam in vinea Domini, iuxta ipsius Societatis instituta, moremque, præstari, & exerceri

Societas non debet carere viris, sua impensa, & labore edoctis.

Apostatas.

93

P II V.

exerceri solitam, valerent adimplere. Idcirco pro parte, tam Sebastiani Regis, se & Religiosorum Societatis huiusmodi opera, & doctrina plurimum vti asserentis, quam Præpositi Generalis, ac Religiosorum præfatorum, eidem Pio prædecessori, humiliter supplicato, quatenus ipsius Societatis quieti, & conservationi prospicere ac alias in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaretur: præfatus Pius prædecessor, qui votis illis, quæ dictæ Religionis profectum concernebant, Catholicis Regibus præsertim instantibus, gratum præbere solebat assensum, eosdem Sebastianum Regem, ac Præpositum, & vtrumque eorum, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis, à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet immodati existebant, ad effectum infrascriptorum dumtaxat consequendum, absoluens, & absolutos fore censens: necnon veriores litterarum Pauli prædecessoris, ac Constitutionum Societatis prædictarum tenores, necnon modum, formam, & qualitates votorum, in ipsa Societate, tam per Professos, quam coadiutores, & Scholares suos huiusmodi emittisitorum, pro expressis habens, huiusmodi supplicationibus inclinatus, sub Dat. videlicet sexto Kal.



PII V.

Nullus post emissam vota etiam cuiusvis indulti, prae-textu, potest à Societate exire absque licentia ob-tenta à suo Superiore.

Nullus de Societate potest transire ad alium ordinem praeter Carthusiensium sine licentia sui Superioris. Transientes ad alium ordinem, ut praefertur & qui eos recipiunt, ac aliis qui recedunt à

94

Contra.

to Kal. Decemb. Pontificatus sui anno Sexto quod nullus dictae Societatis religiosus in litteris Pauli praedecessoris huiusmodi expressus post emissam vota secundum illius constitutiones, siue Professus, siue Scholaris, siue Coadiutor cuiuscunque status, gradus ordinis vel conditionis ille foret, à dicta Societate exire, aut recedere, etià praetextu cuiusvis indulti, ab eodem Pio praedecessore, vel alio Romano Pontifice pro tempore existente, seu illius maiore Penitentiario, aut aliquo Nuntio, vel Legato, etià delatere impetrati, vel impetrandi, quod etià extunc surreptiuè idem Pius praedecessor declarauit absque expressa Superioris sui licentia ad id ab eo specialiter obtenta, etiam quaesito colore, ob frugem melioris vitae, aut strictioris obseruationis ad quemuis alium, etiam Minorum, vel aliorum fratrum Mendicantium, aut Cisterciensium, vel sancti Benedicti, aut aliorum Monachorum ordinem transire, vel etiam per superiorum ordinum huiusmodi suorum uel Monasteriorum (praefato ordine Carthusiensium dumtaxat excepto) recipi seu admitti posset seu praesumeret, sub pena excommunicationis tam per recipientes quam receptos, ac recedentes praefatos ipso facto incurrenda, & quam idem Pius praedecessor, ex tunc contra quemlibet transgressorem quemodolibet in praemis protulit, & à qua sic inmodatus, praeterquam

Apostatas.

95

PII V.

in mortis articulo, ab alio quam Romano Pontifice, vel superiore Societatis huiusmodi, absolui non posset. Quodque nihilominus secus facta non tenerent, & nullius existerent efficaciae, vel momenti, & insuper, ut qui pro tempore ab ipsa Societate ad Carthusiensium praefatum, vel de Superioris licentia, ad alium ordinem transire uellent, ad Carthusiensium uidelicet infra tres menses, à die quo ab ipsa Societate recessissent, ad alium uero ordinem infra tempus eis à dicto Superiore praesigendum accedere, illosque actualiter ingredi, & si in illis permanere nollent, aut non possent, absque ulla mora ad dictam Societatem regredi tenerentur, sub pena excommunicationis praefatae, quam tam ipsi Religiosi, quam illos recipientes, vel eis auxilium, consilium, vel fauorem praestantes, etià incurrerent. Et nihilominus si quis ex Religiosis praefatis, animo indurato aliquid in contrarium attentare praesumeret, vel à dicta Societate, post in ea emissam vota, ut praefertur, absque Superioris licentia exiret, & in saeculo, vel alio etiam Regulari loco degere praesumeret, liceret dicto Generali aliisque dictae Societatis Praepositis, & Superioribus, eosdem transgressores & exeuntes, tanquam Apostatas, etiam per auxilij saecularis brachij inuocationem, summarie, & sine figura iudicij, ad dictam Societatem reuocare,

Societate, sunt ipso facto excommunicati, nec possunt absolui nisi à Papa, aut à superiore Societatis. Recedentes à Societate infra quod tempus Carthusiensium, vel alium ordinem tenentur ingredi, & sub qua pena, quam etiam incurrunt illos recipientes, vel eis dan-tes auxilium, &c.

Superioribus Societatis datur facultas procedendi contra dictos Apostatas.



Cōmunicātur Societati omnia privilegia procedendi contra dīctos Apostatos.

re capere & incarcerare, ac debita pœnitentiæ subijcere, auctoritate Apostolica, perpetuò statuit, ordinavit, præcepit, atque mandavit. Ac insuper eidem Societati, illiusque Generali, ac alijs Præpositis, & singularibus personis: quod omnibus, & singulis privilegijs, libertatibus, immunitatibus, favoribus, gratijs, & indulgitijs per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores suos singularium Mendicantium fratrum ordinibus, illorumque Superioribus, & fratribus, in genere vel in specie, etiam super suis Religiosis alterutrum, non recipiendis, quomodolibet concessis, & approbatis, ac quibus illi utebantur, potiebantur, & gaudebant, uti, potiri & gaudere, liberè & licitè valerent, eadem auctoritate concessit, & indulgit. Et sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, indicari, & definiri debere. Ac quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contingeret irritum, & inane decrevit.

Non obstantibus, &c

NON obstantibus præmissis, ac recolenda memoria Innocentijs Papæ III. similiter prædecessoris nostri quæ incipit, Licet, & alijs quibusvis constitutionibus, & ordinationibus

Apostolicis

Apostolicis, necnon ordinum prædictorum, & alijs, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indulgitijs & litteris Apostolicis, etiam Mendicantium, & alijs quibusvis ordinibus eorumque Superioribus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs alijsque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque, & alijs decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis specifica expressa, & individua, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio seu quavis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad id servanda foret, idem Pius prædecessor, illorum omnium tenores pro sufficienter expressis habens, illis alias in suo robore permansuris, ea vice dumtaxat specialiter, & expressè derogavit caterisque, contrarijs quibuscunque. Ne autem de absolute, statuto, ordinatione, inhibitione præcepto, mandato, indulto, concessione, decreto, & derogatione præfatis pro eo, quod super illis, ipsius Pij prædecessoris eius superveniente obitu, litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hesitari ipsique Sebastianus Rex, ac Præpositus, et Societas huiusmodi illorum fru

G stentur



P II V.

Hæc Pij
contra A-
postatas cõ-
cessio à die
vigesima
sexta No-
nembris
Anno 1565
sortitur
suum effe-
ctum.

Deputan-
tur Iudices
conseruato
scs.

98

Contra.

strentur effectu, volumus, & similiter dicta
Apostolica auctoritate decernimus, quod Sta-
tutum, ordinatio, inhibitiõ, præceptum, manda-
tum, indultum, concessio, decretum, & déro-
gatio Pij prædecessoris huiusmodi, perinde à di-
cta die sexto Kalendas Decembris, suum for-
tiantur effectum, ac si super illis ipsius Pij
prædecessoris litteræ, sub eiusdem diei Datum
confectæ fuissent, prout superius enarratur,
quodque præsentis litteræ, ad probandum ple-
ne absolutionem, Statutum, ordinationem, in-
hibitionem, præceptum, mandatum, indultum,
concessionem, decretum, & derogationem Pij
prædecessoris huiusmodi, ubique sufficiant,
nec ad id probationis alterius adminiculum re-
quiratur. Quo circa venerabilibus fratribus
nostris Toletan. Et Auinionen. Archiepiscopi-
pis, ac Episcopo Leodien. per Apostolica scrip-
pta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut
vnus eorum per se, vel alium seu alios, præ-
sentes litteras, & in eis contenta quæcum-
que, vbi, & quando opus fuerit, ac quoties
pro parte Sebastiani Regis, vel Præpositi Ge-
neralis Societatis huiusmodi fuerint requisiti,
solemniter publicantes, eis que in præmissis ef-
ficacis defensionis præsidio assistentes, faciant
auctoritate nostra, illos statuto, ordinatione,
inhibitione, præcepto, mandato, indulto, con-
cessione, decreto, et derogatione prædictis paci-
fice

Apostatas.

99

P II V.

fice frui, & gaudere: non permittentes eos,
vel eorum aliquem desuper per quoscunque
quauis auctoritate fungentes, quomodolibet
indebite molestari, contradictores quoslibet ac
inobedientes, & rebelles, per sententias, cen-
suras, & pœnas ecclesiasticas, aliaque op-
portuna iuris remedia, appellatione postposita,
compescendo, necnon legitimis super his ha-
bendis seruatis processibus illos censuras, &
pœnas prædictas incurrisse declarando, eas-
que etiam iteratis vicibus aggravando & au-
xilium brachij secularis si opus fuerit inuocan-
do. NON obstantibus Sanctæ memoriæ
Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris
nostri, qua cauetur, ne quis extra suam ci-
uitatem, vel diœcesim, nisi in certis exce-
ptis casibus, & in illis vltra vnam dietam à
fine suæ diœcesis ad iudicium euocetur, seu
ne Iudices à dicta sede deputati extra ciuita-
tem, vel diœcesim in quibus deputati fue-
rint, contra quoscunque procedere, aut alijs
vel alijs vices suas committere præsumant,
& de duabus dietis in Concilio generali edita,
dummodo quis vltra tres dietas auctoritate
præsentium, ad iudicium non trahatur: &
alijs Apostolicis constitutionibus contrarijs
quibuscunque omnibus supra dictis, aut si
aliquibus communiter, vel diuisim, ab
eadem sit sede indultum, quod interdicti su-
spendi



100 **Contra Apostatas.**

P II V. *spendi vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.*

Datum Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae, millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, sextodecimo Kal. Februarij. Pontificatus nostri Anno primo.

Io. Bapt. Fauchier.

F. de Torres.

Celebrandi contractus. 101

**CONFIRMATIO
CONSTITUTIONVM**

Societatis circa cōtractus

**non capitulariter
celebrandos.**

M. D. L X V I I I



P I V S *Episcopus servus servorum Dei;
Ad perpetuam rei memoriam.*



NUMERABILES
fructus, quos benedicente Domino, Christiano orbi Societas Iesu, viros litterarum praecipue sacrarum scientia, Reli-

gione, vita exemplari, morumque sanctimonia perspicuos, multorum religiosissimos praecipuos, ac verbi divini. etiã apud longinquas, & barbaras illas nationes, quae Deum penitus non noverant, optimos praedicatores, & interpretes producendo, felicissimè hactenus attulit, & adhuc sollicitis studijs, asferre non

G 3 *desistit*

P II V.

Ampla commendatio Societatis.



PII. V.

desistit animo sepius reuoluentes nostro, libenter non solum ea, quae aliàs in ipsius Societatis fauorem à Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, Nobisque, & alijs emanata sunt, vt firmitus subsistant cum à nobis petitur, Apostolica & perpetuae firmitatis robore, verum etiã Societatem ipsam quantum nobis ex alto conceditur, specialibus fauoribus, & gratijs munimus. Sane exhibitam nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Religiosorum dictae Societatis petitio continebat, quod litteris tam felicitis recordationis Pauli III. sub Millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, quam pia memoriae Iulij III. Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, sub Millesimo quingentesimo quinquagesimo annis Incarnationis Dominicae, respectiue confectis, per dictorum Pontificum successores, & Nos confirmatis, in fauorem ipsius Societatis emanatis, ac illius constitutionibus, omnimoda Collegiorum ipsius Societatis gubernatio, ad pro tempore existentem Praepositum Generalem, vel ipsam Societatem spectet; Indeque sit, vt neque Collegia praefata Capitulum habeant, neque capitulariter ad quauis peragenda congregentur, omnisque facultas celebrandi contractus, ex eisdem Constitutionibus, penes Praepositum praefatum resideat, quod etiam Generalis Congregatio,

Iuxta Bullas Pauli iij. & Iulij iij. & ex constitutionibus, Collegiorum gubernatio penes Generalem, vel Societatem existit.

In Collegijs capitula non congregantur.

PII. V.

gregatio, ad commodiorem Societatis huiusmodi negotiorum expeditionem, vtile, imo necessarium iudicans, voluit & publico instrumento decreuit, & declarauit. Quare pro parte eorundem Religiosorum nobis humiliter supplicatum fuit quatenus litteris, & Constitutionibus, ac voluntati, decreto, & declarationi praefatis, pro illorum firmiori subsistentia, robur Apostolicae confirmationis adijcere, ac praemissa eidem Societati de nouo concedere, aliasque in praemissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur, qui Societatem praefatam, nobis, & Apostolicae sedi apprime caram singulari, paternoque amore prosequimur, Religiosos praefatos, eorumque singulos, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes: Necnon litterarum & constitutionum, ac decreti, & declarationis praedictorum tenores, ac Datum praesentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinatis, litteras, & constitutiones, ac voluntatem, & decretum, necnon declarationem,

Facultas celebrandi contractus, ad Praepositum Generalem spectat, iuxta constitutiones, & decretum congregationis.

Superiora confirmat Pontifex.



104 **Celebrandi contractus.**

PII V.

clarationem prædicta, prout præmissa conueniunt, ex certa scientia, Apostolica auctoritate tenore præsentium, perpetuò confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inuolabilis firmitatis robur adijcimus & infra.

Transumptis habentur fides.

Volumus autem, & eadem Apostolica auctoritate decernimus, quod præsentium litterarum transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Curie ecclesiasticæ, aut personæ in dignitate ecclesiasticæ constitutæ, vel Canonici alicuius Cathedralis seu Collegiatæ Ecclesiæ munitis, eadem prorsus fides vbilibet in iudicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si exhibite forent, vel ostense. Nulli &c.

Datum Romæ apud sanctum Petrum.

Anno Incarnationis Dominicæ,

Millesimo quingentesimo Se-

xagesimo octauo, Ter-

tio Kal. Maij.

Pontifica-

tus nostri Anno Tertio.

Io. Barengus.

Io. Bapt. Fauchier.

PRIVILEGIA

CIRCA PRAELECTIONES

in Collegijs, etiam ubi alio-

rum sunt Vniuersitates, de-

clarantur. Alia item in

Scholarium fauorem,

Societatis scholas fre-

quentantium con-

ceduntur.

M. D. LXXI.



**PIVS PAPA V. Ad perpetuam
rei memoriam**



VM litterarum studia ad bene, beateque viuendum sum-
mopere conferre censeamus,
ad ea libenter attendimus,
per quæ Magistrorum nume-
rum, iamdudum in publicis

studiorum vniuersitatibus institutum, non so-
lum conseruemus, sed etiam, quantum cum Deo
possumus, per amplius augeamus. Exhibita sa-
ne nobis nuper, pro parte dilecti filij Præposi-
ti generalis Societatis Iesu, petitio contine-
bat,



P II V. bat, quod licet ipsa Societas in Collegijs, tam
extra, quam intra studiorum generalium Vni-
uersitates constituitis, varios Philosophiæ, &
Theologiæ Professores manutenere Studueritis
ad effectum, vt non solum dictam Societatem
ingressi, ab illis eruditi, speratos in vinea Do-
mini fructus portare possent, verum etiam, vt
diuersarum nationum iuuenes, qui Magistrorum
penuria litteris operam dare desistebant, hac
commoditate allecti, recte viuendi normã edo-
cti, sapientiæque donum amplexi, litteris simul
& bonis operibus proficerent: ac propterea,
prout etiã sedis Apostolicæ auctoritate sufful-
ti, id facere omnino poterant, semper curaue-
rint, vt illarum studiosi tam lectionibus, quam
disputationibus, & alijs scholasticis exercita-
tionibus excolerentur. Nihilominus cũ in qui-
busdam Vniuersitatibus quorundã priuilegio-
rũ prætextu eueniat, vt qui in Collegijs Socie-
tatis huiusmodi eorum cursus confecerunt, illi
eis ad gradus suscipiendos minime suffragentur,
interdum etiam scholasticis ipsis prohibeatur
ne huiusmodi lectiones sub pena exclusionis à
gradibus prædictis, & alijs forsan censuris au-
diant, in magnum inibi proficere studentium de-
trimentum, et legere, ac laborare satagentium
uili pendium, & granamen. Quare idem Præpo-
situs Generalis cui nil aliud cordi est, quam Ca-
tholica fidei, quæ plurimũ ex hac ratione pro-
pagari

P II V. pagari potest cõseruatio, nobis humiliter suppli-
cari fecit, vt sibi in præmissis opportune pro-
uidere de benignitate Apostolica dignaremur.
Nos qui quorumlibet priuilegia, præsertim ex
quibus communis vtilitas provenit, illibata
vbique cupimus præseruari, eundem Præposi-
tum Generalẽ à quibusuis excommunicatio-
nis, suspensionis, & interdicti, alijsque Eccle-
siasticis sententijs censuris, & pœnis à iure,
vel ab homine, quauis occasione, vel causa la-
tis, si quibus quomodolibet innodatus existit,
ad effectum presentium dumtaxat consequen-
dum, harum serie absoluentes & absolutum fo-
re censentes, necnon litterarum, & aliorum
quorumcunque dictæ Societatis super hoc illi
concessorum priuilegiorũ tenores presentibus
pro expressis habentes, huiusmodi supplicatio-
nibus inclinati, auctoritate Apostolica per præ-
sentes decernimus, & declaramus, quod Præ-
ceptores huiusmodi Societatis, tam litterarum
humaniorum, quam liberalium Artium, Theo-
logiæ, vel cuiusuis earum facultatum in suis
Collegijs etiam in locis, vbi Vniuersitates ex-
titerint, suas lectiones, etiam publicas legere
(dummodo per duas horas de mane, & per
vnã horam de sero cum lectoribus Vniuersi-
tatum non concurrant) liberè, & licitè pos-
sint; quodque quibuscunque Scholasticis li-
ceat in huiusmodi Collegijs lectiones, & alias
schola-

Præceptores Socie-
tatis possunt, etiam
vbi Vniuersitates
sunt, publice legere,
quibusdam
hois ex-
ceptis.



io 8.

Publice.

PII V.
Excerui
possunt So
cietatis le
ctiones fre
quētare; &
debent in
Vniuersita
tibus ad
gradus ad
mitti.

Inhibetur
Vniuersita
tum Recto
ribus, &
alijs.

Hæ litteræ
sub quibus
uis deroga
tionibus
non com
prehendun
tur.

scholasticas exercitationes frequētare, ac quicunque in eis Philosophiæ, vel Theologiæ, Auditores fuerint in quavis Vniuersitate, ad gradus admitti possint, & cursuum, quos in Collegijs prædictis confecerint, ratio habeatur, ita ut si in examine sufficientes inuenti fuerint, non minus, sed pariformiter & absque vlla penitus differentia, quam si in Vniuersitatibus præfatis studuissent, ad gradus quoscunque, tam Baccalaureatus, quam Licentiatuæ, Magistrurij, & Doctoratus admitti possint, & debeant eisque super præmissis specialem licentiam, & facultatem concedimus. Districtius inibentes Vniuersitatum quarumcunque Rectoribus, & alijs quibuscunque sub excommunicationis maioris, alijsque arbitrio nostro moderandis, insurgendis, & imponendis pœnis, ne Collegiorum huiusmodi Rectores, & Scholares in præmissis quouis quæsito colore, molestare audeant, vel præsumant. Decernentes quoque præsentis litteras vlllo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusque sub quibusuis similitum, vel dissimilium gratiarum reuocationibus suspensionibus, limitationibus, & alijs contrarijs dispositionibus comprehendendi vllatenus posse; sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate surgentes, etiam sanctæ

Legendi.

109

PII V.
Iudices
qui assistāt

sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, ac causarum Palatij, Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi facultate, iudicari debere, irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Valentin. & Episcopo Segobien. & dilecto filio causarum Curie Camera Apostolicæ generali Auditori per præsentis mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentis litteras, & in eis contenta quacunque vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte ipsius Præpositi generalis, vel pro eo agentium fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant omnes, quos præsentis litteræ concernunt, præmissis omnibus pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compestendo, legitimisque super his habendis, seruatis processibus, sententias, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus, aggravando, & interdictum ecclesiasticum apponendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij



PII V.
Non obsta-
tibus, &c.

chij secularis. Nō obstantibus præmissis ac felicis recordationis Bonifacij PP. VIII. prædecessoris nostri de vna, & Cōcilij generalis de duabus dietis, dūmodo vltra tres dietas quis vigore præsentū, ad iudiciū non extrahatur ac alijs Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs, indultis, & litteris Apostolicis ita præditis, quam quibusuis alijs Vniuersitatibus, et Collegijs, ac quibuscunque personis, tam ecclesiasticis, quam secularibus in genere, vel in specie, ac sub quibusuis etiam derogationum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs decretis in genere, vel in specie quomodolibet cōcessis, confirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab Apostolica sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto

indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, quòd præsentium transumptis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipsis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum,
sub annulo Piscatoris, Die X. Mar-
tij. M. D. LXXI. Pontifi-
catus Nostri Anno
Sexto.

Cæ. Glorierius.



PII V.

Fides ha-
beatut trā
sumptis,



DECLARATORIA
SOCIETAS EX INSTITUTIONE
ratione Mendicans, alijsq;
Mendicantium ordinibus
connumeratur,
& priuilegijs
æquatur.

Anno, M. D. LXXI.



PIVS PAPA. V. Ad perpetuam
rei memoriam.



*V*M indefesse considerationis
intuitu perscrutamur, quantum
tam Christianæ Reipublice
litem attulerint Dilecti filij
presbyteri Societatis IESV;
ac plane conspicimus eos ve-
re mundi huius relictis illecebris, adeo Serua-
tori suo se dedicasse, vt conculcatis thesauris,
quos arugo & tinea comedit, lumbisque pau-
pertate & humilitate præcinctis, non contenti
terrarum finibus, vsque ad Orientales, & Occi-
dentales Indias penetrauerint, ac eorum alios
quos ita Domini amor perstrinxerit, vt etiam
proprijs

proprijs sanguinis prodigi, vt verbum Dei in
bi efficacius plantaret, martyrio voluntario se
supposuerint, perque eorum spiritualia exerci-
tia, etiam regna ipsa fidem Christi agnouerint,
ac tam inibi, quam vbique terrarum charita-
tis, & misericordiae opera exercere studeant,
facere nullo modo possumus, quin eos tam-
quam veros palmites in Christo per charita-
tem coniunctos, & benigne amplectamur, &
ea sibi specialiter concedamus, quæ et pauper-
tatis per eos emissæ voto & eorum instituto
ac commoditati credimus profutura. Hinc est
quod Nos attendentes, quod licet dilecti filij
Prepositus generalis, & presbyteri Societatis
huiusmodi, tñ quia ipsa Societas mendicans exi-
stet, quippe quæ ex eius instituto, & constitu-
tionibus Apostolica auctoritate confirmatis, bo-
na stabilia possidere nequit, sed incertis eleemo-
synis, fideliumq. largitionibus, & subuentionibus
pauit; tñ quia non minus quàm ceteri mendican-
tes in excolenda vinea Domini assidue laborant,
fructusq; ingentes, & salutiferos producunt, ac
propterea eisdem priuilegijs, indultis, & gra-
tius fratribus mendicantibus hactenus conces-
sis vt, frui, potiri, & gaudere merito possint
ac debeant; Cum tamen illud aliquando in con-
trouersiam deduci posset, ex eo quod dicta So-
cietas Collegia habeat secum adiuncta: Nos
ambiguitatē huiusmodi omnino amputare vo-
lentes eosdēq; Prepositum, & Societate, eo-

Societas
Mendicans
existit.



P II V.

114

Societatem

runque singulos à quibusvis excommunicat
tionis, suspēisionis, & interdicti, alijsque Eccle
siasticis sententijs, cēsuris & pēnis à iure, vel
ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si
quibus quomodolibet inmodati existunt, ad ef
fectum presentiu duntaxat consequendū, ha
rum serie absoluētes, & absolutos fore cense
tes; necnō dictæ Societatis instituti cōstitutio
nū, & dispositionum, tam de iure, quam ab ho
mine prouenientiu, necnon Priuilegiorum, im
munitatū, indulgentiarum, & gratiarum men
dicatibus fratribus huiusmodi, quomodolibet
concessorū, ac litterarum desuper cōfectarum
tenores præsētib; pro expressis habētes; Mo
tu proprio nōn ad ipsorū Præpositi Generalis
& Societatis, vel alicuius eorū, aut alterius
pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instā
tiā, sed ex mera liberalitate, & certa sciētia no
stris, illā, & illius Præpositū, ac singulas per
sonas Societatis huiusmodi uerē, et nō fictē mē
dicantes fuisse, esse, & fore; & inter aliorū fra
trū & religiosorū mendicantiū ordines, alio
que fratres, & religiosos mēdicantes, prout il
los nos cōnumeramus, & connumerari debe
re; ac omnes & singulas tā iuris, quā hominū
dispositiones, in fauorem religiosorum, seu fra
trum mendicantiū nunc, & pro tempore eme
natas, etiā in Societate, illiusque Domibus Col
legijs, Præposito, & alijs religiosi locū habē
re. Necnō omnia, & singula quæcunq; quot
cunq;

Societatem
inter Médi
cantium or
dines con
numerari
debere, de
claratur.

Dispositio
nes quæli
bet in fau
rem Mendi
cantium, lo
cum habēt
etiā in So
cietate.

esse mēdicantem.

115

P II V.
Gratiz, &
priuilegia
omnia Men
dicantibus
ordinibus
concessa &
conceden
da, Societa
ti concedū
tur.

cunq; & qualiacunque sint, etiam speciali no
ta digna Priuilegia, immunitates, exemptiones
facultates, cōcessiones, indulta, indulgētijs, pec
catorū remissiones, & gratias tam spirituales,
quā temporales, litterasque Apostolicas etiā
iustitiā, siue mixtim cōcernentia, hactenus per
Nos, & quoscunq; alios Romanos Pontifices,
tam prædecessores, quā successores nostros, et
denique sedem Apostolicā, & illius Legatos
de latere, siue Nuncios, & quascunq; alias per
sonas, quavis auctoritate fungentes etiā motu
& sciētia similibus, ac de Apostolicæ potesta
tis plenitudine, etiā consistorialiter, tam in ge
nere quā in specie, & tam communiter et con
iunctim, quā particulariter, & diuisim, etiam
per modū extensionis, seu cōmunicationis, &
alias quomodolibet, quibusvis ordinibus fratru
& sororum Mendicantium quocunq; nomine
nuncupentur, illorūque congregationibus, con
uētibus et capitulis, ac vtriusque sexus perso
nis ac illorum monasterijs, Domibus, Ecclesijs
Hospitalibus, & alijs pijs locis hactenus cōces
sa, & in posterū concedēda; quorum omnium,
& singulorum tenores, ac si de verbo ad ver
bum inserti forent, præsētib; pro expressis,
& insertis haberi volumus, eisdem Præposito,
& Societati, & omnib; illius personis, Domib;
ac Collegijs vbiq; terrarū sitis, ita quod So
cietas, Domus, Collegia, Præpositus, et persone
huiusmodi omnibus, et singulis prædictis Priu
ilegijs;



PII V.

116

Societatem

legijs; immunitatibus exēptionibus, facultatibus, concessionibus, indultis, Indulgētijs, remissionibus, gratijs, & litteris eisdē fratrum, & sororum mendicantiū ordinibus, cōgregationib. cōuentibus, Capitulis, personis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, Hospitalibus, & alijs pijs locis, ut præfertur cōcessis, & cōcedendis, antea per tuerint, & nūc, ac in futurū dūmodo instituta Societatis, et Præpositi, seu deputatarū personarū huiusmodi volūtati, & beneplacito nō refragētur, possint liberè, et licitè uti, frui, potiri, & gaudere in omnibus, & per omnia, non solum ad illorū instar, sed pariformiter & æque principaliter, absq; vlla prorsus differentia perinde ac si Societati, Præposito, personis, Domibus, et Collegijs prædictis nominatim, et specialiter, ac generaliter cōcessa fuisset. Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo sancimus, volumus, et declaramus, ac pariter concedimus, indulgemus & elargimur. Decernentes præsentibus litteras nullo unquā tēpore per Nos, aut se dē prædictā reuocari, aut limitari, vel illis derogari posse, neq; sub vllis similiū, vel dissimiliū gratiarū reuocationibus, alterationibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs cōtrarijs dispositionibus, nūc, & pro tēpore emanatis comprehendendi, sed sēper ab illis excipi, & quoties reuocari, alterari, limitari, vel derogari cōtingat, toties in pristinum, et eum in quo antea præmissa erant, statum restitutas, & de nouo etiam

Hæ litteræ
sub quibus
uis derogationibus
non comprehenduntur.

esse Mendicantem.

117

PII V.

etiam sub posteriori data per pro tempore existentem Societatis huiusmodi Præpositum Generalem eligenda, concessas esse, & fore, ac ita, et non aliter per quoscumque iudices tā ordinaria, quam delegata & mixta auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Card. etiam Sedis Apostolicæ Legatos de latere, & Nūcios, ac causarū Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorū cuiuslibet quauis aliter iudicandi facultate, vbiq; et in quauis instātia interpretari, censeri, iudicari, cognosci, et decidi debere. Irritum quoq; et inane quicquid secus super his à quocūq; quauis auctoritate scienter, vel ignorāter cōtigerit attētari. Quocirca venerabilibus fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filijs, eorū Vicarijs in spiritualibus, aut officialibus generalibus, & curia causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs ad quos id quomodolibet spectat, & spectabit, per præsentibus, Motu simili, mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorū per se, vel alium, seu alios, præsentibus litteras, & in eis contenta quacumq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorū Præpositi, & personarum Societatis huiusmodi, vel alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisdem in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, eos præ-

Deputatur
Iudices.

Non obsta-
tibus.

missis omnibus, & singulis pacifice frui, & gaudere, nō permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebite molestari: contra traditores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliq̄s opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisq̄ super his habendis seruatis processibus, sententiis, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus nostra de non expediendis litteris super indulgentijs ad instar, ac felicis recordationis Bonifacij Papæ VIII. Prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas quis vigore presentium ad iudicium non trabatur, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac quibusuis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quouis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis personis per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & sedē Apostolicā, etiam Motu & scientia similibus, ac de Apostolica potestate plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, preseruariuis, exceptiuis, declaratiuis, mentis attestatiuis, ac derogatorijs derogatorijs, alijsq; efficacioribus, et insolitis clausulis

fulis, irritantibusq; et alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet, etiā pluries concessis, confirmatis, & innouatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, pro illorū sufficienti derogatione, de illis eorūque totis tenoribus, specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dūtaxat specialiter & expresse derogamus, cōtrarijs quibuscūque: aut si aliquibus cōmuniter, vel diuisim ab eadē sit sede indultū quod interdici, suspendi, vel ex cōmunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Volumus autem quod presentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & signo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur que ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibere, vel ostensę. Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Die VII. Iulij. M. D. LXXI. Pontificatus nostri Anno Sexto.

P. Ruis.

Io. Beiel.

H 4

Fides habeatur transumptis.

GREG.
XIII.F A C V L T A S
C O N S E R V A T O R E S
Iudices assumendi in
quibuscunque
causis.

Anno, M. D. LXXIII.



REGORIVS Episcopus
Seruus seruorum Dei, ad per-
petuam rei memoriam. Ac-
quum reputamus, & rationi
consonum, vt ea, quæ de Ro-
mani Pontificis gratia proces-
serunt, licet eius superueniente obitu litteræ
Apostolicæ desuper confectæ non fuerint, suum
sortiantur effectum. Dudum siquidem felicis
rec. Pio PP. V. prædecessori nostro pro parte
dilectorum filiorum Præpositi Generalis, &
Religiosorum Societatis Iesu exposito, quod
cum dicta Societas benedicente Domino, lon-
ge, lateque esset propagata, ac ad Dei lau-
dem, & honorem, militantisque Ecclesiæ
profectum in dies augetur, & propter di-
uersa

GREG.
XIII.

uersa bona temporalia, quæ Collegia schola-
rium sub eorum cura instituta possidebant cõ-
seruanda & recuperanda lites, aliaque foren-
sia frequenter subire necessario cogeretur,
exindeque fieret, vt eius personæ, quæ anima-
rum saluti implicite litium anfractus, qui ab
eorum institutis valde dissonabant, euitare
cupiebant, ab earum ministerio, non sine ani-
mi sui dolore, cum animarum huiusmodi di-
spendio distraherentur; & eidem prædecessori
pro parte eorundem Præpositi Generalis, &
Religiosorum asserentium, eorum bona à quo-
rumcunq; locorum ordinariorum iurisdic-
tione libera, & exempta, ac sub Romani Ponti-
ficis, & sedis Apostolicæ protectione aliàs
recepta fuisse, humiliter supplicato, vt eorum
quieti more pij Patris, ac aliàs in præmissis
opportune consulere, de benignitate Apo-
stolica dignaretur: idem prædecessor qui ad
gratos Deo, & vniuersæ Reipublicæ Chri-
stianæ vtilis, & necessarios fructus, quos
Societatis prædictæ personæ in vinea Domi-
ni semper proferebant, debitum respectum
habebat, facere nullo modo poterat, quin ip-
sis ea concederet, per quæ ipsi eorumque res,
& bona à noxijs, iustitiæ ministerio, præ-
seruarentur; eosdem Præpositum Genera-
lem, & Religiosos, ac eorum singulos à qui-
busuis excommunicationis, suspensionis, &
interdi-



GREG.
XIII.

122

Conseruatoria.

interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, et penis à iure, vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodati existebant, ad effectum infrascriptorum duntaxat consequendum absoluens, & absolutos, fore censens, huiusmodi supplicationibus inclinatus: sub Dat. videlicet. VIII. Kal. Iunij Pontificatus sui anno tertio, eidem Societati singulisque illius personis, ac eorum familiaribus clericali caractere tamen insignitis, vt in quibuscunque causis, tam civilibus, quam criminalibus ac mixtis, etiam in eis in quibus actores, vel conuenti rei forent, ipsis contra quascunque communitates, & collegia huiusmodi, omnes & singulos, Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, necnon alias personas in dignitate ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium ecclesiarum Canonicos, ac eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum Vicarios in spiritualibus, & officiales generales vbilibet constitutos, in suos possent assumere Conseruatores, & Iudices ordinarios indulget ipsis vero sic electis, vel duobus, aut vni eorum, vt per se vel alium, seu alios etiam si sint extra loca, in quibus Conseruatores, et Iudices deputati forent, eidem Societati efficacia defensionis presidio assistentes, non permetterent Societatem, Collegiaque huiusmodi super terris locis,

Conseruatores Iudices eligere possunt, Societatis, tñ religiosi, tñ familiares, clerici.

Conseruatoria.

123

GREG.
XIII.

locis, domibus possessionibus, & iuribus necnon fructibus, censibus, redditibus, & prouentibus, ac quibuscunque alijs bonis mobilibus, et immobilibus, spiritualibus, & temporalibus, necnon priuilegijs, & indultis eis, & dictæ Societati, tam Apostolica quã ordinaria, & alias rite Regia auctoritatibus concessis, & alijs rebus ad dictam Societatem communiter, vel diuisim spectantibus, à quibuscunque personis, tam secularibus, quam ecclesiasticis, ac quacunque auctoritate, et superioritate fungentibus, quomodo indebite molestari, vel eis grauamina, damna, aut iniurias irrogari: facerentque; cū ab eisdem Societate, aut personis, vel procuratoribus suis, seu aliquo ex eis, forent requisiti super restitutione locorum, terrarum, domorum, possessionum, iurium, & bonorum mobilium, et immobilium, reddituum quoque, & prouentuum, ac aliorum quorumcunque bonorum, necnon priuilegiorum, et indultorum eis tunc, & pro tempore concessorum obseruatione: necnon de quibuslibet molestijs, iniurijs, damnis tunc presentibus, & futuris, in illis videlicet, quæ iudicalem requirerēt indaginem summarie simpliciter, & de plano sine strepitu, et figura iudicij: in alijs vero prout eorum qualitas exegisset, iustitia complementū: occupatores, seu detētores præsumptores, et iniuriatores huiusmodi, necnon cōtradictores quoslibet, et rebelles

In molestijs & damnis Summarie.

In alijs prout rerū qualitas exegerit procedendum.



G R E G.
XIII.
Conseruatorum
Iudicum
facultates.

Per cen-
suras com-
pescendi.

Declarandi
&c.

Per edicta
publicum
citandi.

rebelles, etiam si alias quam vt presertim
qualificati existerent, quodcumque, &
quotiescunque expedisset, auctoritate Apo-
stolica per sententias, censuras, & penas Ecce-
siasticas, aliaque opportuna iuris, & facti re-
media, appellatione postposita, compescen-
do: legitimisque, super his habendis, seruatis
processibus, eos, quos sententias, censuras
& penas per eosdem Conseruatores, seu Iu-
dices pro tempore latas incurrisset, eis consi-
tisset; eas incurrisset declararent, & quoties
opus fuisset, etiam iteratis vicibus aggraua-
rent, necnon auxilium brachij secularis inuo-
carent, commisit, & mandauit. Ac insuper
si per summariam informationem, per eos su-
per his habendam, ipsis constitisset, quod ad
loca, in quibus occupatores, presumpores,
molestatores, & iniuriatores huiusmodi, ac
alios quos littera tunc desuper consicienda
concernerent, pro tempore morari contigisset,
pro monitionibus & inhibitionibus ipsis, ac ci-
tationibus eis faciendis, tutus non pateret ac-
cessus, Iudicibus, & Conseruatoribus huiusmo-
di monitiones & citationes prefatas, ac inhi-
bitiones quaslibet, per edicta publica locis pu-
blicis affigenda, de quibus esset verisimilis con-
iectura, quod ad ipsorum monitorum, citato-
rum, & inhibitorum notitiam peruenire vale-
rent, faciendis; necno eisdem occupatoribus, de-
tentoribus

G R E G.
XIII.

tentoribus, presumptoribus, molestatoribus,
iniuriatoribus, contradictoribus, & rebelli-
bus, etiam sub censuris, & penis ecclesiasti-
cis, ac etiam pecuniarijs eorum arbitrio mo-
derandis, inhibendi, ac quibusuis inhibitioni-
bus, eis pro tempore, etiam prae-textu qua-
rumcumque litterarum Conseruatoriarum, seu
priuilegiorum Apostolicorum, quibuslibet
concessorum, & concedendorum, pro tempo-
re factis non obstantibus, eorum iurisdic-
tionem libere exercendi, loca ad qua eos declina-
re, contigerit & in quibus scienter stare per-
missi forent, ecclesiastico interdicto subijcien-
di, plenam, & liberam facultatem concessit.
Ac monitiones, requisitiones, inhibitiones,
& citationes sic factas, perinde ipsos monitos,
requisitos, inhibitos, & citatos arctarent, ac si
eis personaliter facta, insinuat, & intimata
forent: Ac tunc desuper consiciendis litteris,
& in eis contentis dispositionibus, per quas-
cumque derogationes, in quibusuis alijs litteris
Apostolicis gratiam, vel iustitiam, & mixtim
continentibus, per eundem predecessorem, &
sedem Apostolicam, etiam cum derogatoria-
rum derogatorijs, alijsque efficacioribus, &
insolitis clausulis, & per quas earundem lit-
terarum tunc desuper consiciendarum tenor,
ac si de verbo ad verbum in eis insertus fo-
ret, pro expresso haberetur, quibuscumque per-
sonis

Inhibendi.

Interdicen-
di.

His litte-
ris per quz
scunque a-
lias deroga-
tiones,
non cenfer-
tur derogat-
tum.



GREG.
XIII.

126

Conseruatoria.

sonis, seu in eorum fauorem, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine concessas, & factas, ac faciendas, et concedendas nullatenus derogatum censeretur, aut derogari posset, nisi tenor earundem tunc desuper conscribendarum litterarum, de verbo ad verbum nihil penitus omissis, foret in illis insertus, & derogatio pro tempore facta huiusmodi, per trinas distinctas litteras eundem tenorem continentis, tribus similiter distinctis vicibus, eidem Societati intimata, & insinuata foret; & quod aliter earundem litterarum tunc desuper conscribendarum pro tempore facta derogationes nemini suffragarentur. Quodque quilibet Iudicum, & Conseruatorum prefatorum valeret prosequi articulum, etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo foret canonico impedimento prepeditus: quodque cuiilibet Conseruatorum, & Iudicum eorundem, ab eadem die octauo Kal. Iunij esset in premissis omnibus, ac eorum singulis ceptis, & non ceptis tunc presentibus, & futuris perpetua potestas, & iurisdictionis attributa; ut eo vigore, eaque firmitate possent in premissis omnibus ceptis, & non ceptis, tunc presentibus, & futuris & pro predictis procedere, ac si predicta omnia, & singula coram eis cepta fuissent, & eorum ac cuiuslibet ipsorum iurisdictionis de premissis omnibus, & singulis per citationem, vel modum alium perpetuata legitime extitisset. sicque per quoscunque Iudices & Commissarios, & causarum palatii Apostolici Auditores, ac S. Romanae Ecclesiae Cardinales sublata eis, & eorum cuiilibet quauis altere iudicandi, & interpretandi facultate et auctoritate, iudicari, & desiniri debere: ac ex tunc si secus super his, a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari, contigeret, irritum, & inane decreuit. Non obstantibus. Non obstantibus. pia mem. Bonifacij PP. VIII. etiam predecessoris nostri, qua cauebatur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae diocesis ad iudicium euocaretur: seu ne Iudices a sede predicta deputati extra ciuitatem, vel diocesim in quibus deputati forent, contra quoscunque procedere praesumeret: et de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo non ultra tres dietas aliquis, vigore eorundem litterarum tunc desuper conscribendarum extraheretur, et quibusuis alijs. Apostolicis ac in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis Regibus, Ducibus, Comitibus

Conseruatoria.

127

GREG.
XIII.

Non obstantibus. Non obstantibus. pia mem. Bonifacij PP. VIII. etiam predecessoris nostri, qua cauebatur, ne quis extra suam Ciuitatem, vel diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam diem a fine suae diocesis ad iudicium euocaretur: seu ne Iudices a sede predicta deputati extra ciuitatem, vel diocesim in quibus deputati forent, contra quoscunque procedere praesumeret: et de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo non ultra tres dietas aliquis, vigore eorundem litterarum tunc desuper conscribendarum extraheretur, et quibusuis alijs. Apostolicis ac in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusuis iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis, quibusuis Regibus, Ducibus, Comitibus

GREG.
XIII.

Comitibus caterisque cuiuscunque dignitatis
qualitatis & præminentia, ac ordinis etiam
mendicantiu, et conditionis existentibus per-
sonis, in genere, vel in specie, ac cum qui-
busuis etiam derogatarum derogatorijs,
alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis
ritantibusque, & alijs decretis, quomodolibet
etiam iteratis vicibus concessis, approbatis,
innouatis: Quibus omnibus idem Pius præde-
cessor, etiam si pro illorum sufficienti derogatione,
de illis, eorumque totis tenoribus specialis,
specifica, expressa, & indiuidua, ac de
verbo ad verbum non autem per clausulas ge-
nerales idem importantes, mentio, seu que-
uis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex-
quisita forma ad id seruanda foret; tenores
huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil
penitus omisso, & forma in illis tradita obser-
uata, inserti forent, pro sufficienter expressis ha-
bens, illis alijs in suo robore permansuris, ea
vice dumtaxat specialiter, & expresse deroga-
uit, Caterisque contrarijs quibuscunque. Voluit
insuper idem Pius prædecessor, quod litterarum
tunc desuper conficiendarum transumptis,
manu alicuius Notarij publici subscriptis,
ac sigillo alicuius personæ in dignitate ec-
clesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus
des adhiberetur, quæ ipsis originalibus litteris
adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostentæ
se. Ne

Fides ha-
beatur tra-
sumptis.GREG.
XIII.

se. Ne autem de absolutione, indulto, & alijs
premissis, pro eo quod super illis ipsius Pij præ-
decessoris, eius superueniente obitu, littere con-
fectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hasi-
tari ipsaque Societas illorum frustretur effe-
ctu, Volumus, & similiter Apostolica auctori-
tate decernimus, quod indultum, & alia præ-
missa perinde à dicta die octauo Kal. Iunij, su-
um sortiatur effectum, ac si super illis ipsius
Pij prædecessoris litteræ confectæ fuissent,
prout superius enarratur. Quodque præsentis
litteræ ad probandum plene absolutionem, in-
dultum, & alia præmissa vbique sufficiant, nec
ad id probationis alterius adminiculum requi-
ratur. Nulli ergo omnino hominum liceat,
hanc paginam nostræ voluntatis, & decreti
infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si
quis autem hoc attentare præsumpserit, indi-
gnationem omnipotentis Dei, et beatorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit in-
cursurum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ Mille-
simo Quingentesimo, Septua-
gesimo secundo, Octauo
Kal. Iunij Pontificatus
nostri Anno
primo.

A. Quintal.



130 *Horas canonicas priuatim.*

GREG.
XIII.

A P P R O B A T I O
ET NOVA CONCESSIO
facultatum horas canonicas
extra chorum recitandi,
& sacros ordines post
emissa vota, etiam
ante profesio-
nem susci-
piendi.

Anno M. D. LXXIII.



GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad futuram rei memoriam.



E sedis Apostolica benignitate prouenire dignum est, vt regularia instituta pro religionum quarumlibet salubri directione edita, illibatam obtineant roboris firmitatem. Cuiusque instituto clericorum regularium Societatis

Ordines ante professionem. 131

tatis Iesu, quod per se. re. Paulum Tertium, & Iulium etiam Tertium predecessores nostros approbatum, & confirmatum fuit; Cuique per sacrum Concilium Tridentinum derogatum minime extitit, inter alia expresse caueatur, quod Socij omnes, etiam qui in sacris fuerint, horis canonicis recitandis, satisfecisse censeantur, si eas iuxta vsum Romanae Ecclesiae, singuli priuatim & particulariter, & non communiter, seu in choro recitaauerint: Necnon vt ij, qui in eadem Societate tria Paupertatis & Castitatis, & Obedientiae vota emiserint, ad omnes etiam sacros & Presbyteratus ordines, de licentia pro tempore existentis sui Praepositi Generalis, etiam antequam solemnem professionem emiserint, promoueri valeant. Nos considerantes Religionem praedictam vberrimos fructus, ad Dei laudem, & Sanctae Catholicae fidei propagationem, per vniuersum orbem dedisse, meritoque in suis pijs institutis conseruendam esse. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, Socijs praedictis, vt horas canonicas singuli, & priuatim iuxta vsum Romanae Ecclesiae, non autem communiter, seu in choro recitare teneantur, quo acrius studijs, lectionibus, & praedicationibus intendere possint. Necnon vt ij, qui tria vota praedicta, in eadem Societate emiserint, de licentia sui Praepositi Generalis

GREG.
XIII.

Socij heras
canonicas
priuatim
recitant.

Emisissis tri-
bus votis
ad sacros

I 2 ad



GREG. XIII.
ordines etiam ante professionem promouentur.

Non obstantibus.

132 Ordines ante professionem.

ad sacros etiam presbyteratus ordines, etiam ante solemnem professionem emissam, dummodo alias etate, moribus, et doctrina idonei sint, promoueri valeant, instituta prædicta approbantes, tenore presentium, auctoritate Apostolica, quatenus opus sit, de nouo concedimus. Non obstantibus constitutionibus Apostolicis, et in specie constitutione Pij V. prædecessoris nostri, qua decretum Concilij Tridentini quod incipit, Cum non deceat, ad clericos regulares non professos extendit, ceterisque contrarijs quibuscumque.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo piscatoris, die vltima Februarij. M. D. LXXIII.
Pontificatus nostri
Anno Primo,

Ca. Glorierius.



Librorum prohibitorum. 133

FACULTATES **GREG. XIII.**
VARIAE CIRCA
librorum prohibitorum
vsu.

M. D. LXXV.



GREGORIUS PAPA XIII.



Ad futuram rei memoriam. Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Præpositus, generalis, & Religiosi Societatis IESV, Quod alias, dum fel. re. Pius Papa V. Prædecessor noster in minoribus constitutus Inquisitoris generalis officium gereret, sufficienti facultate suffultus, inter alia eisdem concessit, quod Præpositus Generalis prædictus posset impartiri facultatem legendi libros hæreticos, & alios prohibitos ad oppugnandum, dum tamen id considerate fieret, & cum delectu re consultata cum suis Assistentibus; ac Religiosi dictæ Societatis possent vtilibus non hæreticis, licet haberent annotationes, & scholia auctorum hæreticorum, vel auctores ipsi mali essent, si libri non essent
I 3 editi

Generalis quomodo possit dare Socijs facultatem legendi libros hæreticos.



GREG.
XIII.
Socij quo-
modo &
quibus li-
bris prohi-
bitis uti
possint.
Quos alio-
rum libros
& quomo-
do emenda-
re.

Similiter
& pro-
prios &
Scholasti-
corum.

editi ad stabilienda dogmata heretica, dummodo nomen auctoris si hereticus esset, vel in indice prohibitus, & si quid inter legendum impium occurreret, deleteretur, ipsique à Superioribus deputati ad emendandos libros eorum, qui ad ipsos Religiosos, vel in scholis, vel extra scholas recurrere solent, facultatem haberent, quòdo auctores boni essent, ut Augustinus, Hieronymus, & similes, sed haberent prava scholia, vel malas annotationes; aut cum auctor, & impressor impij essent, sed non libri, aut cum Ethnici existerent auctores sicut Cicero, & alij similes, sed haberent scholia, annotationes, vel quid eiusmodi, propter quod prohiberi essent, donec purgarentur, deleteris tamen erroribus, & nomine auctoris vel impressoris mali; Necnò quod ipsi Religiosi, non solum libros suos, quos in suis Collegijs vel Domibus haberent, sed etiam scholasticorum, qui ad eiusdem Societatis scholas confluerent, quorum auctores Ethnici, quamuis alioqui boni essent, sed propter scholia, vel annotationes, aut commentaria, vel impressorem, in indice prohiberentur, emendare possent: si ad id à Præposito Generali per se ipsum, vel per alios deputati forent, & suis scholasticis vtendos relinquere possent: deleteris tamen erroribus, & nominibus auctorum prohibitorum: Quodque ipsi Religiosi ea in suis libris executioni demitterent.

darent, quæ in catalogo, & decreto Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis precipiuntur, ad effectum, vt illi retineri possent, easdemque concessionibus, & facultates circa libros prohibitos, & suspectos alias à prædecessoribus nostris, & sede Apostolica eisdem Præposito, et Religiosis concessas, & confirmatas Venærerabilis frater noster Scipio Episcopus Sabiniensis Cardinalis de Pisis nuncupatus, viuæ vocis oraculo, à nobis desuper sibi facto approbavit, & confirmavit. Cum autem ea firmiter subsistant, in quibus pluries Apostolica auctoritas intercedit, propterea Præpositus, & Religiosi prædicti nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus prædictis, & alijs facultatibus, circa eadem sibi concessis, pro eorum subsistentia firmiter, Apostolicæ confirmationis robore adstrictæ, aliasque circa illa opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Præpositum, ac Religiosos à quibus suis excommunicationis, suspensionis, & interdictionis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet immodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon facultatum, & concessionum huiusmodi seriem, ac si de verbo, ad verbum insereretur,

GREG.
XIII.
Executio-
tur Catalo-
gi Ro. in-
quisitionis
præcepta.



GREG.
XIII.
Premissio-
rum confir-
matio.
Et noua cō-
cessio.

Non obsta-
tibus.

Fides ha-
beat̄ trā-
sumptis.

presentibus pro expressa habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, easdem concessiones, & facultates, ac alias quascumque super huiusmodi libris habendis, legendis, aut corrigendis, Apostolica auctoritate, tenore presentium approbamus, & confirmamus, illisque plenarie & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, omnesque, & singulos defectus, si qui forsitan interuenerint in eisdem, supplemus, illaque de nouo, quatenus opus sit, potiorique pro cautela concedimus, & impartimur. Non obstantibus premissis, ac litteris in die Cænæ Domini legitis, alijsque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et quia difficile nimis esset presentibus ubique locorum, in quibus illarum usus opus erit, deferri, volumus harum litterarum exemplis, etiam impressis Notarij publici manu & sigillo eiusdem Societatis vel persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ ob signatis eandem prorsus fidem in iudicio, & extra ubique locorum haberi, quæ presentibus habetur, si essent exhibite, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die VIII. Ianuarij. M. D. LXXV. Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

FACULTAS SOCIETATI, SVIS ET
aliorum ordinum priuilegijs more suo utendi;
ac Præposito illa per se vel alios communicandi conceditur. &c.

M. D. LXXV.



GREGORIVS PAPA. XIII.



D perpetuam rei memoriam.
Decet Romanum Pontificem, ne religiosa personæ pro usu gratiarum à Sede Apostolica emanatarum, ab instituti sui norma recedere cogantur, declarationis suæ oraculo, alijsque opportunis re medijs diligenter prouidere. Sane dilectus filius Euerardus Mercurianus, Præpositus Generalis



GREG.
XIII.

138

De usu.

ralis Societatis Iesu, tam suo quam dilectorum
filiorum Societatis huiusmodi nominibus, no-
bis nuper exposuit: Quod licet gratia immuni-
tates, indulgentia, & privilegia aliorum or-
dinum Mendicantium, ceterarumque Religio-
num, & piorum locorum per nonnullos Ro-
manos Pontifices, & praesertim fe. re. Pium.
V. predecessores nostros, dictae Societati fue-
rint communicata, & concessa, nihilominus
aliquando circa illorum praxim, & usum, seu
modum, & formam eisdem utendi, propter
instituti ipsius Societatis ab alijs praedictis Re-
ligionibus diuersitate dubitari contingit. Nos
igitur dubietatem huiusmodi omnino submo-
uere volentes; Praepositum praedictum, ac
omnes alias & singulas personas Societatis
huiusmodi a quibusuis excommunicationis, su-
spensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasti-
cis sententijs, censuris, & poenis a iure vel
ab homine quauis occasione, vel causa latis-
si quibus quomodolibet innodati existunt, ad
effectum praesentium dumtaxat consequen-
dum, harum serie absoluentes & absolutos
fore censentes, necnon immunitatum, Indul-
gentiarum, gratiarum, & privilegiorum, hu-
iusmodi, ac litterarum dictorum predecessorum
desuper confectarum tenores pro expressis ha-
bentes, supplicationibus praedicti Euerardi
Praepositi eisdem nominibus nobis hac in parte
porrectis

Facultatum.

139

GREG.
XIII.

Societas
gaudet pri-
uilegijs om-
nium ordi-
num, ac pio-
rum loco-
rum con-
cessis & co-
cedendis,
& iuxta in-
stituti ra-
tionem.

porrectis inclinati, Quod praefatus pro tem-
pore existens Praepositus, & Societas huius-
modi omnibus, & singulis priuilegijs, immu-
nitatibus, exemptionibus, facultatibus con-
cessionibus, indultis, indulgentijs, remissioni-
bus, gratijs & litteris fratrum, & sororum
Mendicantium, aliarumque religionum ordi-
nibus, congregationibus, conuentibus, Ca-
pitulis, Monasterijs, Domibus, Ecclesijs,
Confraternitatibus, Hospitalibus, & alijs
pijs locis ac personis, tam secularibus quam
regularibus haecenus concessis, & in futurum
concedendis, ac Praeposito, Societati que pra-
dictis, necnon eius Domibus Collegijs locis &
personis vbique terrarum constitutis, com-
muniter vel diuissim, Apostolica seu delega-
ta auctoritate, vel vigore quarumcunque
facultatum, etiam ad instar, aut aequi princi-
paliter, etiam per communicationem, seu
alias quomodolibet concessis, iuxta Societatis
huiusmodi instituti rationem, constitutiones,
ritus, mores, usus, consuetudines, normas,
observationes, & procedendi modum, in pra-
dictis Societatis Domibus, Collegijs, congre-
gationibus, concionibus, lectionibus, disputa-
tionibus, ceremonijs, & alijs cuiusuis generis
actibus publicis & priuatis: ac denique vbique
locorum uti, frui, potiri gaudere, et illa exequi,
ac in eis procedere possint. Quodque privilegia,
immuni-



GREG. XIII. Priuilegia Societatis & aliorum ordinum concessa Generali, qui per se vel alios potest illa quibusuis Socijs, postquam tria vota emisserint, communicare.

Nec aliter Socij priuilegijs gaudent.

Priuilegia celebrandi contractus alijs religionibus concessa & concedenda, Societati, nonnullis interuenientibus Socijs, conceduntur.

immunitates, exemptiones, facultates, concessiones, indulgentia, remissiones, gratia, & littera huiusmodi, Necnon et ipsi Societati nominatim, vel eius Praeposito, aut personis seu locis haftenus concessa, seu in posterum concedenda, praedicto, & pro tempore existenti Praeposito Generali Societatis huiusmodi concessa esse intelligantur. Qui illa per se ipsam, vel alium, seu alios ab eo, vel de eius commissione electos, seu eligendos quibuscunque locis et personis dictae Societatis, sub eiusdem Societatis obedientia emissis tribus votis, etiam simplicibus degentibus, prout magis expediens fuerit, communicare liberè, & licitè valeat; Nec aliter cetera persona dictae Societatis praedictis priuilegijs, facultatibus, & alijs praemissis aut aliquo eorum nisi per Generale Praepositum, & de eius beneplacito, aut per alium, seu alios de eius commissione electos, ut praemissum est, uti, aut gaudere possint. Et insuper, quod omnia priuilegia, aliaque praemissa aliarum religionum capitulis siue conuentibus aut congregationibus, tam in celebrandis quibusuis contractibus, quam in quibuscunque alijs actibus, tam publicis quam priuatis, per eiusmodi capitula siue conuentus exerceri solent haftenus concessa, & in posterum concedenda congregationibus Societatis praedictae, eiusque Domorum, Collegiorum, & locorum, congrega-

GREG. XIII.

gatis, & interuenientibus illis dumtaxat, qui more Societatis praedictae, & secundum eius constitutiones, & statuta, regimen & administrationem Domorum, & Collegiorum iuuare & promouere solent, cuiusmodi sunt in generalibus congregationibus, qui ex diuersis Proincijs conueniunt, in vniuersali autem totius Societatis administratione Generalis Praepositus cum suis Assistentibus; in rebus vero, & negotijs Domorum, & Collegiorum tractandis, Praepositi, aut Rectores, vel Vicepraepositi, aut Vicerectores, Ministri, Consultores, & Procuratores, seruato in eiusmodi congregationibus peculiari, ac proprio dictae Societatis procedendi modo, concessa esse intelligantur; ac eo modo per Praepositum, & Societatem huiusmodi in quibuscunque Domibus, Collegijs, & locis vbique terrarum obseruari, & ad praxim, ac usum plene & perfecte, ac valide deduci, & referri valeant. Ne quis autem Apostolicorum indultorum praetextu regularem, ac exemplarem instituti praedictae Societatis disciplinam, quam modis omnibus retineri, & conseruari volumus, dissoluere aut relaxare praesumat: non esse, nec fore vquam mentis nostrae, aut Sedis Apostolicae, ut persona Societatis absque expressa superiorum eiusdem Societatis licentia vtantur facultatibus quae in Iubileis, Bullis crucia-

Socii nullis, vel ciuata vel alijs priuilegijs, absq expressa Superioris licentia utijs vel dum eis sic licet uti, alijs confiteri non possunt praeterqua

te,



GREG.
XIII.
ab eo depu-
tatis sine
speciali e-
iusfaculta-
te.

ta, Confessionalibus, aut alijs quibusvis Apo-
stolicis inultis, siue communitatibus, siue pri-
uatis personis, siue pijs locis, aut quomodocum-
que aliter haecenus concessae sunt, aut in po-
sterum concedentur, etiam si in illis expresse
indulgeatur, vt omnes regulares, etiam men-
dicantes, huiusmodi facultatibus vti possint.
Si quando autem vsus aliquarum ex praefatis
facultatibus, personis de dicta Societate, ab
eisdem Societatis Superioribus concedatur, vt
nulli earum liceat, nisi intra numerum eorum
qui ad confessiones personarum eiusdem Do-
mus, aut Collegij audiendas deputati sunt, con-
fessarium eligere, nisi ratione itineris, aut alia
de causa ab eisdem Superioribus alijs confessa-
rijs intra, aut extra Societatem consistendi fa-
cultas ad id specialiter daretur, Apostolica
auctoritate, tenore praesentium perpetuo de-
claramus, Statuimus, & ordinamus; se-
cusque facta irrita, & inania fore decerni-
mus. Et quia ipsa Societas inter omnia Re-
ligionum instituta, ex peculiari, ac solenni
voto specialem curam habet, causa salutis
proximorum, per totum orbem discurrendi
eius saluari ministerio, & vniuersi Christi-
gregis salutem consulentes, omnibus & singu-
lis ipsius Societatis praedicatoribus, ac con-
fessarijs ab aliquo ordinario semel a probatio-
ne & a suis Superioribus ad huiusmodi mune-

Socii semel
approbati
possunt v-
biq; ex-
tra loca ta-
me ubi or-
dinarj exi-

GREG.
XIII.

sunt con-
cionari &
confessio-
nes audire
non repu-
gnante Pa-
rocho.

ra deputatis, vt quodocumque siue mari,
siue terra iter fecerint, populos, non repu-
gnantibus tamen Curatis parochialium Ec-
clesiarum, praedicatione verbi Dei instrue-
re, ac consolari, & quorumcunque Christi-
fidelium, praesertim egrotorum, & eorum,
qui in vinculis detinentur confessiones au-
dire; eisque pro commissis, salutare peniten-
tias iniungere, dummodo id non faciant in
ipsis oppidis aut locis, in quibus Ordinarij exi-
sunt, nisi eorum licentia desuper obtenta,
libere, & licite valeant, eadem auctori-
tate, etiam perpetuo, de speciali gratia conce-
dimus. Et insuper facultatem alias presby-
teris Societatis praedictae a Sede Apostoli-
ca concessam, commutandi vota etiam ad iu-
rata, dummodo commutatio huiusmodi in al-
terius praedictum non fiat, extendimus.
Postremo considerantes quanta Societati hu-
iusmodi cura sit perfectio Diuini cultus;
quamque etiam saepe, remotis in locis Col-
legia, & residentias habeat, Volumus, vt
in Oratorijs, & Capellis, quae ipsius Societa-
tis Prouinciales per se in Domibus, Colle-
gijs, & alijs locis, vbi aliqui Societatis re-
sident, approbauerint, & ad Diuinum
dumtaxat cultum deputauerint, Missae, &
alia Diuina officia, alterius licentia desuper
minime requisita, celebrari possint. Et sic in
praemis-

Facultas
Societatis
commutan-
di vota, ad
iurata ex-
tenditur,
dummodo
id in praed-
ictum al-
terius ne
fiat

In Societa-
tis orato-
rijs & ca-
pellis per
Prouincia-
les approba-
tis Missae
& Diuina
officia cele-
brari possunt.



GREG.
XIII.
Deputan-
tur Iudi-
ces

144

De usu.

præmissis omnibus & singulis, per quoscunq;
Iudices & Commissarios, etiam causarum Pa-
latij Apostolici Auditores, ac sanctæ Roma-
næ Ecclesiæ Cardinales, in quavis causa, & in-
stantia, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis
aliter iudicandi & interpretandi facultate, &
auctoritate, iudicari, & deffiniri debere, ac
quicquid secus super his à quoquam, quavis
auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit
attentari irritum & inane decernimus. Quo-
circa venerabilibus fratribus Patriarchis,
Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis fi-
lijis eorum Vicarijs in spiritualibus, aut offi-
cialibus generalibus, & curiæ causarum Ca-
meræ Apostolicæ generali Auditori, necnon
Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis,
Archidiaconis, Canonicis, & capitulis, ac
alijs ad quos id quomodolibet spectat, & spe-
ctabit, per easdem presentes mandamus, qua-
tenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel
alium, seu alios presentes litteras, & in eis
contenta quæcunque vbi, & quando opus fue-
rit, ac quoties pro parte dictorum Præpositi
& personarum Societatis huiusmodi, vel ali-
cuius eorum fuerint requisiti, solemniter pub-
blicantes, eisque in præmissis efficacia defen-
sionis præsidio assistentes, faciant eos præmis-
sis omnibus & singulis pacifice frui & gaudere,
non permittentes eos desuper per quoscun-
cunque

Facultatum.

145

cunque quomodolibet indebite molestari. Con-
tradictores quoslibet & rebelles, per senten-
tias, censuras & pœnas ecclesiasticas, aliaque
opportuna iuris, & facti remedia, appellatione
postposita, compescendo; legitimisque super
his habendis seruatis processibus, sententias,
censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vici-
bus, aggravando, inuocato etiam ad hoc, si
opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non ob-
stantibus præmissis, ac de non expediendis lit-
teris super indulgentijs ad instar, & de non tol-
lendo iure quæsito, Cancellariæ Apostolicæ
regulis, ac piæ me. Bonifacij Papæ VIII. etiã
Prædecessoris nostri de vna, & Concilij gene-
ralis de duabus dietis, dummodo vltra tres
dietas, quis, vigore presentium, ad iudicium
non trahatur, & alijs Apostolicis, necnon in
Generalibus, Prouincialibus, & Synodali-
bus concilijs editis, generalibus, vel specia-
libus constitutionibus, & ordinationibus, ac
quibusuis etiam iuramento, confirmatione A-
postolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quo-
que, indultis, & litteris Apostolicis quibus-
cunque personis, per quoscunque Romanos
Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, &
sedem prædictam, etiam Motu proprio, &
ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis
plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, an-
nullatiuis,

GREG.
XIII.

Non obsta-
tibus.

K nullatiuis,

GREG.
XIII.

nullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, preseruatuiuis, exceptiuis, declaratiuis, inuentis attestatiuis, ac derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus & alijs decretis, in genere, vel specie, ac alias quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in illis expressis derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus; contrarijs quibuscunque, aut si alijs quibus communiter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod earundem presentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constituta, seu etiam ipsius Societatis munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae ipsis

Fides tran-
sumptis ha-
beatur.

GREG.
XIII.

ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.
Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, Die III. Maij.
Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri Anno Tertio

Io. Bap. Canobius.



GREG.
XIII.F A C U L T A S
M E D E N D I, C I T R A

ad uisionem & incisionem &c.

pro Medicinæ

peritis.

M. D. LXXVI.



GREGORIUS PAPA. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Virgeni Dei filij, Redemptoris nostri IESU Christi uices, licet immeriti, gerentes in terris animarum salutem, quibus possumus medijs, sedulo procuramus. Cū itaque, sicut experientia cōpertū est, Christi fideles ad Religionem & pietatem plurimū moueantur, si spirituales & Religiosas personas in ipsos, & alios, charitatis officia non solum ad animarum, sed etiam corporum salutem, exercere experiantur; In Societate autem Iesu, sicut accepimus, non desint

GREG.
XIII.

sint aliqui Religiosi, Medicinæ periti quorum opera maxime in regionibus, medicorum penuria laborantibus, dum saepe ad infirmis spiritualia exhibendum officia, & animas inuandas uocantur, etiam ægris corporibus curandis posset esse perutilis, & id pietatis opus in animarum quoque non modicam edificationem, & Omnipotentis Dei laudem redundaret. Ut igitur Religiosi præfati id, absque aliquarum consurarum seu pœnarum incursum, & conscientie scrupulo ualeant exercere; Omnibus & Singulis præfata Societatis Iesu Religiosis, Medicinæ peritis, nunc uel in futurum Pro tempore existentibus, ut de suorum Superiorum licentia, quibuscunque personis infirmis, siue illæ eiusdem Societatis Religiosi, siue extranei & seculares fuerint, absque aliquo conscientie scrupulo, aut aliquarum consurarum, & sententiarum Ecclesiasticarum uel aliarum pœnarum incursum, citra tamen aduisionem & incisionem per se ipsos faciendam, mederi liberè, & licitè ualeant, Apostolica auctoritate, tenore presentium, quando tamen medici seculares commode haberi non possunt, indulgemus: & ad id licentiam & facultatem eis concedimus, & impartimur. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Societatis iuramento, confirmatione Apostolica uel

Medendi
facultas de
Superiorum
licentia.

Citra aduisionem & incisionem.

Quando seculares Medici commode haberi non possunt.



GREG.
XIII.

150

Medendi.

quavis firmitate alia roboratis Statutis & cō-
suetudinibus, caterisque contrarijs quibuscum-
que.

Datum Romæ, Apud Sanctum Petrum, Sub
annulo Piscatoris, Die XI. Februarij.

Anno Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo sexto Pon-
tificatus nostri An-
no Quarto.

Ca. Glorierius.



A processionibus.

151

EXEMPTIO
SOCIETATIS

à publicis supplica-
tionibus.

M. D. LXXVI.

GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.



Vacunq; Sacrarum Religionū
instituta offendere, & illarum
personarū functiones, & salu-
taria ministeria retardare nos-
cūtur, nostrū nos incitat offi-
cium de medio remouere. Sane, licet, sicut ac-
cepimus, dilecti filij Præpositus Generalis, &
alij presbyteri religiosi Societatis Iesu, ab il-
lius primæua erectione, à Sede hac Apostolica
iuxta Diuinę vocationis directionem emanata,
et per Nos etiam confirmata, ad Diuinum offi-
cium priuatim tantum, & non in communi
seu in choro recitandum teneantur: ac propter
ipsius Societatis tam multa Collegia & Semi-
naria, quæ specialem postulant instituti religio-
si modum, necnon ministeriorū illius amplitu-
dinē ac difficultatē, et in Ecclesia Dei vtilitatē,
ex antiqua cōsuetudine iam inde ab huiusmodi

K 4 cre-



GREG.
XIII.

152

Exemptio.

erectione recepta obseruatum; decretoque etiam generalis eorum congregationis desuper edito, ne ad publicas supplicationes, seu processiones quouis ex illius personis accederet, nisi ubi propter hereticorum vel gentiliū conuersionem, aut alias expediens esse pro tempore existens Generalis ipsius Societatis Præpositus iudicaret, ordinatum fuerit; Nihilominus nonnulli locorum Ordinarij, forsitan Concilij Tridentini auctoritate & decreto moti, dictos presbyteros ad supplicationes prædictas procedere nuper coegerunt; non sine illorum functionum, ac ministeriorum retardatione: Nos igitur, qui præfatos presbyteros & religiosos dictæ Societatis à studijs, lectionibus, prædicationibus, confessionibus audientibus, & alijs uerbi Dei ministerijs, ac pietatis operibus, quibus continuè laudabiliter incubuerunt, & incumbere non desistunt, quauis ex causa distrahi nolumus; Considerantes in Ecclesia Dei non deesse alios ordines, religionum, qui uel ex instituto, uel absque propriarum functionum impedimento, supplicationibus huiusmodi interesse, aliaque publica Diuina officia exercere, sanctè, continenterque ualeant: in præmissis opportune prouidere, ipsosque Præpositum presbyteros, & eorum singulos specialibus fauoribus, et gratijs prosequi uolentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis

A processionibus.

153

GREG.
XIII.

suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure uel ab homine, quauis occasione uel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes; Motu proprio, non ad dictorum Præpositi, & presbyterorum, uel aliorum pro eis nobis super hoc, oblata petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, Præpositum, ac omnes & singulos presbyteros, ac religiosos & personas alias omnes dictæ Societatis, ubique locorum existentes, ab interessentia supplicationum seu precum, aut processionum huiusmodi; Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuè eximimus, & liberamus; Districtius inhibentes quibusuis locorum Ordinarijs, etiam Patriarchali, uel Archiepiscopali dignitate, ac etiam Cardinalatus, & legationis sedis Apostolicæ honore præfulgentibus, & alijs personis, quacunque auctoritate fungentibus, ne modernos, & pro tempore existentes Præpositum & alios presbyteros & Religiosos Societatis huiusmodi ad processionibus præfatis interessendum, quauis occasione, causa, seu quouis prætextu, ingenio, uel colore, directe uel indirecte, mediate uel immediate cogere, aut eos desuper præmissis molestare, perturbare, uel inquietare, seu

Vniuersa
Societas à
publicis
supplicationibus
eximitur.

Inhibetur
Ordinarijs omnibus.

GREG.
XIII.

seu molestari perturbari, aut inquietari facere audeant, vel presumant seu permittant. Quo circa Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac dilectis filiis eorum Vicarijs in spiritualibus, aut officialibus generalibus & curia caussarum Camera Apostolica Generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs ad quos id quomodolibet spectat, & spectabit; per easdem presentes mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum, per se vel alium seu alios presentes litteras, et in eis contenta quocumque vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Praepositi, presbyterorum, & religiosorum Societatis huiusmodi vel alicuius eorum fuerint requisiti solemniter publicantes, eis que in praemissis efficaciae defensionis presidio assistentes, faciant eos praemissis omnibus, & singulis pacifice frui & gaudere, non permittentes eos desuper per quoscumque quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per sententias, censuras & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo; legitimisque, super his habendis, seruatis processibus, sententias, censuras & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando; innocato etiam ad hoc, si opus

GREG.
XIII.
Non obstantibus.

opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus felicitis recordationis Bonifacij Papae VIII. praedecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis de duabus dietis, dummodo non ultra tres dietas quis, vigore praesentium, ad iudicium trahatur; & alijs Apostolicis necnon in generalibus, prouincialibus, & synodalibus Concilijs editis, generalibus, vel specialibus constitutionibus & ordinationibus, ceterisque contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel diuim ab Apostolica sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod earundem praesentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constituta, seu etiam Praepositi ipsius Societatis munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quae ipsis originalibus litteris adhiberetur, si foret exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die XVI. Iulij. M. D. LXXV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Transumptis fides habeatur.

Ca. Glorierius.



CONFIRMATIO
ET EXTENSIO PRIVILEGII
Societatis ædificandi &
habitandi vbique,
etiam intra can-
nas aliorum
ordinum.

Anno. M. D. LXXVI.



GREGORIUS PAPA. XIII.

Ad futuram rei memoriam.



Saluatoris Domini nostri IESU
Christi, qui charitas est, &
Deus pacis, his in terris vi-
ces, licet immeriti, gerentes;
ea, quæ pacis sunt, præsertim
cū militantis Ecclesiæ firmamentū, omnisq; si-
liæ Sion decor, in animorū coniunctione, pace
et trāquillitate versetur, nosq; vnū in Christo
corpus simus; pro nostri debiti officio, tanquam
ipsius mystici corporis caput, quærentes litium
quarumuis, quæ fraternam dilectionem lace-
rants

rant, maxime vero quæ inter religiosas per-
sonas ventilantur, occasionibus obuiamus, ex-
ortasque, quantum cum Deo possumus conso-
pinus. Sane, vt accepimus, licet dilecti filij Pre-
sbyteri Venerabilis Societatis Iesu in vinea
Domini, tanquam fructiferi palmites, in toto
ferè orbe, tam in continendis in via mandato-
rum Christifidelibus, infirmis in fide consolidan-
dis, ægrotisque sanandis, confractis alligandis,
& abiectis reducendis, ouibusq; dispersis, &
lupis vesperinis, leonumque famelicis catulis,
in deuorationem expositis, reclamandis & de-
fendendis; quam etiam ijs, quæ extra ouile
Christi sacrosanctique Imperij nostri tutelam,
sub ignorantie iugo in obscuris & tenebrico-
sis lucis, ac desertis, per montuosas ac diffi-
les vias aberrant, cōuertendis, & ad nationes
catholica religione imbutas, & ad inmanes
barbarasque diuini cultus, politicique ornatus
ignaras gentes, ferino potius, quam humano
more viuentes, sese extendentes, opimum &
pberimum fructum attulerint, & in dies ma-
iori cum sollicitudine asferre, zizania extirpa-
re, bonum semen renouare, plantare, ter-
rasque incultas Euangelico sulco, ac eccle-
siasticæ disciplinæ vomere eruderare non ces-
sent; Ac dudum propter ipsius Societatis
tam vtiles tamque necessarias functiones, que
tam in Domibus per frequentem penitentia,
& Eu-

GREO
XIII.

Commen-
datio So-
cietatis.

Ministerio
rum Socie-
tatis utili-
tas ac nec-
cessitas.

GREG.
XIII.

& Eucharistia sacramentorum administrationem, & ad eorum frequentationem sectandam exhortationem, prædicationemque, & spiritualia exercitia, ac alia verbi Dei ministeria, tum in Collegijs per lectiones tam bonarum litterarum, quam Philosophiæ etiam & Theologiæ ad iuventutem bonis moribus & litteris imbuendam, ex ipsius Societatis primæua institutione erectione, ac diuina uocatione, magno Dei beneficio, & Ecclesiæ spirituali emolumento exercet; Felicis recordationis Paulus Papa Tertius speciali priuilegio vt quacunque Domos, Ecclesias & Collegia adificare, vel concessa recipere, & inhabitare posset indulserit: Et deinde pia memoria Iulius etiam Papa Tertius Indultum huiusmodi confirmauerit; & successiue recolende memoria Pius Quartus prædecessores nostri idem Indultum, etiam intra Centum quadraginta cannas ordinum Mendicantium, de nouo concesserit: Nosq; postremo cum lis & causa, seu controuersia, aut questionis materia desuper occasione certæ domus per ipsos presbyteros à dilecto filio comite de Orgaz Toletæ emptæ, concessionem eiusdem Pij prædecessoris confirmantes, emptionem dictæ domus recte factam, & in ea presbyteros ipsos habitare posse, & debere declarauerimus: & alias, prout in singulis litteris Apostolicis desuper

Priuilegia
Pauli III.

Iulij III.

Et Pij IV.

GREG.
XIII.

desuper confectis, plenius continetur. Nihilominus præfati presbyteri, à diuersis dictorum ordinum religiosi diuersimode, vigore, seu prætextu priuilegiorum huiusmodi cannarum adhuc, prout de facto, tam in Mexicana, quam in Guaxicana Nouæ Hispaniæ ciuitatibus, non sine animi nostri displicentia, molestantur, imo & excommunicationis sententia interdum feriuntur, in Christiani populi scandalum non modicum. Nos igitur attendentes dictam Societatem, quæ quamuis Collegia habeat annexa, & hæc redditus pro Studentium necessitate habere possint, inter Mendicantium ordinum religiones, per sanctæ memoriæ Pij Papam Quintum similiter prædecessorem nostrum, per quasdam suas in forma breuis litteras, sub die septima mensis Iulij, Pontificatus sui anno sexto, expeditas scriptas & declaratas, ac priuilegiorum ordinum Mendicantium particeps effecta fuit, ex eius instituto, & constitutionibus, Apostolica auctoritate confirmatis, bona stabilia possidere non posse; sed incertis eleemosynis fideliumque largitionibus & subuentionibus viuere, nec minus quàm ceteros Mendicantes ordines, in excolenda vinea Domini, assidue laborare, imo nec alios iuxta se, domos, & monasteria edificare prohibere, neue vllum, aut certe quam minimum præiudicium alijs religiosorum

Societas
declarata
est Mendicans.

GRIG.
XIII.

monasterijs ex Societatis Domorum, Collegiorum, & Ecclesiarum vicinitate prouenire, ex eo quod, propter diuersam functionum & instituti rationem, Societas ipsa nec chori usum habet, nec ad funerales associationes accedit, nec defunctorum funera, nisi rara, nulla item missarum, vel sepulchralia stipendia, nullas sepulchrorum, vel capellaniarum fundationes, nullam denique prorsus elemosynam, quæ ad quoduis ipsius Societatis ministerium, vel opus dirigi intelligatur, admittit: Ac, prout nostrum Nos inuitat officium, inconuenientibus huiusmodi obuiare, ac scandala quæcumque & contentionum, præcipue inter religiosas personas, occasiones remouere, necnon tam salubribus dictæ Societatis ministerijs, quæ pro eorum dignitate, ac maiori fidelium fructu, in locis aptis, vbi maior seges, & frequentior populi consuetudo viget exerceri, & ministrari debent, viâ potius aperire, quam impedimenta vlla obijci permittere volentes. Motu proprio, ac de Apostolice potestatis plenitudine, non ad alicuius nobis supra mera deliberatione, eosdem presbyteros, eorumque singulos à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs censuris, & penis à iure vel ab homine quauis occasione, vel causa la-

tis

GRIG.
XIII.

tis si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes ac supradictarum litterarum, necnon & aliorum ordinum priuilegiarum & in eis contentarum clausularum tenores, ac alia etiam forsan circa præmissa de necessitate exprimenda, presentibus pro expressis habentes, ac priuilegia dictorum ordinum super non ædificatione infra dictas cannas, quoad dictam Societatem tantum, suspendentes, reuocantes ac inuvalidantes, silentium perpetuum quibusuis super præmissis, aut eorum aliquo vigore cuiusuis confirmationis, aut ampliationis, & de nouo concessionis dictarum cannarum à sede Apostolica quomodolibet, & pari motu, etiam consistorialiter, ac cum quibusuis presentium derogationibus, specificè factis, obtentorum & in futurum obtinendarum, contra presentium tenorem venientibus imponentes; eisdem presbyteris & Societati vt, quæcumque Domos, Collegia, Ecclesias & alia ædificia erigere, ac per eos vbiuis locorum erecta inhabitare, ac quæcumque loca, Domos, Ecclesias, Oratoria, & alia cuiuscunque struatur ædificia, sibi quomodolibet relicta vel oblata recipere, acceptare, emere, possidere & retinere ac in eis omnia, & singula, functiones, lectiones & ministeria, in alijs eiusdem So-

L cietatis

Præuilegia
cannarum
quod ad
Societate,
reuocantur.
Perpetuum
silentium
imponitur,
non obstante
quacumque
noua concessione,
aut confirmatione,
etiam obtinenda.

Facultas
ædificandi
& habitandi
ubi que.



GREG. XIII.

cietatis Domibus, Collegijs, Ecclesijs, & alijs locis fieri & exerceri solita, habere, facere, et exercere liberè & licitè possint et valeant: earundem presentium tenore de specialis dono gratiæ concedimus & indulgemus. Eosque à quibusvis censuris, & pœnis, in illos premissorū occasione forsan latis, absoluiumus. Nec non indulta per Paulum, Iulium & Pium predecessores nostros predictos, & Nos eis, ut prefertur, concessa & confirmata, cum omnibus & singulis in eis contentis concessionibus, privilegijs, facultatibus, prerogatiuis & alijs gratijs, declarationibus, derogationibus, alijsque quibusvis, etiam derogatorijs, derogatorijs, irritantibusque & alijs decretis & clausulis, approbamus, & confirmamus, illisque perpetua & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus. Necnon oppositionem & contradictionem quorumcunque quouis titulo, vigore, pretextu, colore ipsius presbyteris præiudicium asserre, ac presentes litteras de obreptionis vel subreptionis vitio, aut intentionis nostræ defectu notari, vel impugnari, suspendi, reuocari, annullari, inuolidari, aut ad viam iuris reduci, vel contra illas attentari non posse, neque deberi; sed illas perpetuo validas, efficaces & illibatas existere; & vbi aliquid contra eas extorqueri, & obtineri contigerit, illas nihilominus

Privilegia Societatis circa hoc confirmantur.

Ne littere irreptionis argui non possunt.

GREG. XIII.

minus in suo pleno, & integro robore, absque eo quod desuper impetranda sit à sede predicta illarum confirmatio, restitutio, reuolutio, vel noua concessio, permanere; Irritumque & inane si secus super his, à quouam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus. Ac quasuis excommunicationis sententias, vigore talium priuilegiorum cannarum; contra dictos presbyteros vel Societatem latis & ferendas, eos vel eorum aliquem nullatenus afficere posse declaramus. Quo circa vniuersis & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filijs Abbatibus, Prioribus, & alijs personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, per presentes, pari motu, mandamus; quatenus ipsi, vel eorum quilibet, per se vel alium seu alios, presentes litteras, & in eis contenta quacunque, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum presbyterorum aut alterius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eis que in premissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant auctoritate nostra eos decreto, confirmatione, indulto, alijsque premissis pacifice gaudere; ac easdem presentes litteras, & in eis contenta quacunque perpetua in-

Censura desuper late uel ferenda Socios non afficiunt.

Iudices deputantur.



GRIG.
XIII.

164

Confirmatio

violabiliter obseruari. Non permittentes eos
super eisdem præmissis, vel eorum aliquo, per
quorumcunque ordinum etiam Mendicantium
religiosos, seu locorum Ordinarios, aut alios
quoscunque Iudices & personas, cuiuscunque
status, gradus, ordinis, & conditionis existant,
& quacunque, etiam pontificali, regia, vel
alia auctoritate fungantur, publice vel occulte,
directe, vel indirecte, tacite vel expresse,
quouis quesito colore vel ingenio impediri, mo-
lestari, perturbari, vel alias quomodolibet in-
quietari. Contradictores quoslibet et rebelles
per censuras ecclesiasticas, & alia opportuna
iuris remedia appellatione postposita, compe-
scendo; innocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
auxilio brachij secularis. Non obstantibus
præmissis, ac pia memoria Bonifacij Papa
octauj, etiam prædecessoris nostri, de vna, &
in Concilio Generali de duabus dietis, dumma-
do non ultra tres dietas quis auctoritate præ-
sentium ad iudicium trahatur, aliisque consue-
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis,
necnon dictorum ordinum, etiam iuramento
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis statutis & consuetudinibus,
privilegijs quoque, indultis, & litteris Apo-
stolicis, eisdem Ordinibus, illorumque Super-
rioribus & personis, etiam super non edifi-
candis Ecclesijs, Domibus, Collegijs, &
alijs

Non ob-
stantibus.

Intra cannas.

165

GRIG.
XIII.

alijs edificijs aliarum religionum intra cen-
tum quadraginta cannas ab eorum cænobijs,
& conuentibus vel monasterijs & domibus;
& alias sub quibuscunque tenoribus, & for-
mis, per quoscunque Romanos Pontifices con-
cessis, confirmatis, & innouatis; ac omnibus
alijs, quæ Nos et prædicti prædecessores nostri
in singulis litteris prædictis volumus non ob-
stare. Quibus omnibus, etiam si pro illorum
sufficienti derogatione, de illis, eorumque to-
tis tenoribus, specialis, specifica, expressa &
indiuia ac de verbo ad verbum, non tamen
per clausulas generales idem importantes,
mentio, seu quæuis alia expressio habenda,
aut aliqua alia exquisita forma seruanda fo-
ret, tenores illorum, ac si de verbo ad verbu,
nihil penitus omissis, & forma, in illis tradi-
ta, obseruata, inserti forent, presentibus pro
expressis habentes, illis alias in suo robore
permansuris, hac vice dumtaxat, motu simili,
specialiter & expresse derogamus; ceterisque
contrarijs quibuscunque. Aut si aliquibus
communiter vel diuisim ab eadem sit sede in-
dultum, quod interdici, suspendi, vel excom-
municari non possint, per litteras Apostoli-
cas non facientes plenam, & expressam ac de
verbo ad verbum, de indulto huiusmodi men-
tionem. Volumus autem, & eadem auctori-
tate decernimus, quod ipsarum transumptis,

Transum-
ptis fides
habeatur.

L 3 manu



166

Intra cannas.

GREG.
XIII.

manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Pralati, vel persone in dignitate Ecclesiastica constituta, aut Curie Ecclesiastica, vel etiam Generalis Prepositi ipsius Societatis munitis, in Iudicio & alibi, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, que adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum,
sub annulo Piscatoris, die XXX.
Octobris M. D. LXXVI.
Pontificatus nostri Anno
Quinto.

Cas. Glorierius.



Alienandi.

167

F A C V L T A S
A L I E N A N D I I N
euentem vtilitatem, iux-
ta Societatis con-
stitutiones.

Anno. M. D. LXXVI.



GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.



POSTOLICAE Sedis circumspecta benignitas, in quarumvis Religionum, praesertim earum, quae gregi Dominico inuigilant, ac praedicationibus & lectionibus, cum humanis, tum sacris insistant, commodis & vtilitatibus consequendis, prouidentiae suae auctoritatem interponit, & quanto potest fauore prosequitur. Sane dilectus filius Euerardus Mercurianus Prepositus Generalis Societatis Iesu nobis nuper exponi fecit quod cum litteris tam felic. record. Pauli Tertij quam pie

L 4 memoriae

GREG.
XIII.

memoria Iulij etiam Tertij Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum, in fauorem dictae Societatis emanatis, & per dictorum Pontificum Successores, & Nos respectiue confirmatis, ac eiusdem Societatis constitutionibus, omnimoda Collegiorum illius, ac etiam temporalium honorum, ad ipsa Collegia spectantium gubernatio ad pro tempore existentem Praepositum Generalem vel ipsam Societatem, ita tamen quod in ipsius Praepositi aut professae Societatis, vel alios, quam ipsorum Collegiorum vsus, bona huiusmodi expendi aut distrabi non possint, sed in Studentium utilitatem sic conuerti, vt illi dictis bonis abuti non valeant, spectare & pertinere dignoscatur: Indeque fiat, vt Collegia ipsa capitulariter nullomodo congregentur, sed omnis facultas celebrandi contractus, prout per easdem constitutiones, ac etiam primam ipsius Societatis generaliter habitam Congregationem stabilitam, & declaratum fuit, penes eundem Praepositum pro tempore existentem resideat. Cuiusque etiam dicta Societas, quae Ordo Mendicans existit, aliorum ordinum Mendicantium super contractibus ineundis, a Sede apostolica concessis priuilegijs gaudeat: Nosq; eiusdem Euerardo Praeposito & Societati, vt, interuenientibus illis duntaxat, qui more Societatis predictae & secundum eius constitutiones & statuta, regim

Concessio
alia Greg.
gor. XIII.
de qua pa.
140.

GREG.
XIII.

men & administrationem Domorum & Collegiorum iuuare & promouere solent, seruato in eiusmodi congregationibus peculiari ac proprio dictae Societatis procedendi modo, priuilegijs illis vtendi, necnon contractus ineundi licentiam & facultatem concesserimus, prout in singulis litteris Apostolicis desuper confectis, plenius continetur. Tamen quia nec modus ille quis sit, nec omnes per quos Praepositus Generalis facultatem huiusmodi alioqui exercere potest, in dictis nostris litteris satis expressi fuere; Ac etiam quia eidem Societati priuilegijs & litteris apostolicis huiusmodi, tum quod varijs litteris, & munimentis concessa sunt, vt, & illa ad singulos contractus ineundos afferre dispendiosum molestumque existit, tum quod in nonnullis regionibus emphiteuses ad tres vitas concedi solent, nec particulares homines illas ad breuius tempus accipere facile adducuntur. Et propterea, ac etiam ex eo quod nonnunquam pro Collegiorum ipsorum, necnon Domorum probationis, vel aliorum locorum eiusdem Societatis necessitate, bona huiusmodi locare alienare, permutare, vel in emphiteusim seu liuellum dare expedit: ac quandoque contingit, vt, conditio semel oblata, si praetermittatur, non parua afferat iacturam, pro parte dicti Euerardi Praepositi nobis fuit humiliter supplicatum, vt praemissa omnia plenius declarare, & alias in eiusdem

GREG.
XIII.

eisdem opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui operarios in vinea Domini, præsertim pondus diei & æstus sustinentes, sincero prosequimur affectu; nostrarum, ac eorundem prædecessorum nostrorum litterarum, necnon Societatis prædictæ constitutionum, aliorumque præmissorum tenores, præsentibus pro expressis habentes; & eundem Præpositum, ac dictæ Societatis singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & penis, à iure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Societati, ac Generali Præposito moderno, & pro tempore existentibus, ut ex nunc de cætero, perpetuis futuris temporibus, informatione de contractibus inendis, per litteras vel alias prout ipse Generalis statuerit, à subordinatis localibus Præpositis, vel Rectoribus aut Præfectis, seu eorum Vicegerentibus, vel à Provincialibus seu Visitatoribus, aut Commissarijs, vel ab alijs sibi bene visis, auditis iuxta eorum institutum Consultoribus, accepta; quæcunque Domorum, tum professorum, tum probationis, Collegiorum, & aliorum

Generalis
informa-
tione acce-
pta, quæcun-
que bona
Domorum
& Collegio-
rum in
evidentem
eorum uti-
litatem, a-
lienate po-
test.

GREG.
XIII.

aliorum locorum eiusdem Societatis vbilibet consistentium bona stabilia & immobilia, seu quasi stabilia; necnon & preciosa mobilia, cuiuscunq; qualitatis et quætitatis ac valoris, et in quocunq; loco posita, pro precio & sub patris, conditionibus, modis & formis hinc inde conveniendis, in evidentem tamen Domorum, & Collegiorum huiusmodi utilitatem, per se vel alium seu alios vendere, alienare, permurare ac etiam in Emphiteusim seu luellum ad tres generationes vel nominationes tantum, seu aliud longum tempus, pro assuetu sibi bene viso concedere, absque alia à nobis vel successoribus nostris, Romanis Pontificibus, pro tempore existentibus, aut sede prædicta, vel illius de latere legatis, seu Nuncijs, aut etiam locorum Ordinarijs petenda vel obtinenda licentia, seu confirmatione, liberè & licitè possit & valeat, concedimus & indulgemus. Ita tamen quod si ex eiusdem Generalis Præpositi facultate, pro rerum exigentia, opus sit, in Europe videlicet Provincijs, ante datam eidem Præposito informationem, contractus alienationum fieri, dominium nihilominus & possessio bonorum quorumvis, super quibus contractus huiusmodi initi fuerint, penes Domos, Collegia, ac loca prædicta, donec ipse Generalis rem confirmaverit, aut suum consensum desuper præstiterit, remaneat, ac remanere intelligatur.

In emphiteusim ad tres generationes tantum.

Abque alia confirmatione.



GREG.
XIII.
Extra Eu-
ropam con-
tractuum
confirma-
tiones cō-
mittere po-
test.

Approban-
tur ex nūc
auctorita-
te Aposto-
lica con-
tractus sic
facti.

172

Alienandi.

gatur. In Indijs vero et alijs extra Europā re-
gionibus, contractū huiusmodi confirmatio ip-
sis Prouincialibus, aut Viceprouincialibus, Vi-
sitatoribus seu Cōmissarijs, simili per eos infor-
matione accepta, committi possit ab ipso Gene-
rali Præposito, Alias, & in euentū in quō or-
do suprascriptus non fuerit obseruatus, vendi-
tio, alienatio, permutatio, locatio & concessio,
ac contractus, necnon inde sequuta quæcum-
que, nulla et inualida, nulliusque roboris ac mo-
menti existant. Ac ita in præmissis sic perpe-
tuō declaramus, & decernimus. Et nihilomi-
nus ex nunc, prout ex tunc, & è contra post-
quam venditiones, alienationes, permutatio-
nes, locationes, concessiones ac contractus
pro tempore, ut premititur facti, & per dictū
Præpositū Generalem approbati, & ratifica-
ti fuerint, seu consensus eiusdem Præpositi Ge-
neralis interuenerit, easdem venditiones, alie-
nationes, permutationes, locationes, concessio-
nes & cōtractus, & inde sequuta quæcumque,
necnon instrumenta & scripturas de super pro
tempore confecta, Apostolica auctoritate appro-
bamus, & cōfirmamus, ac perpetuæ firmitatis
robor obtinere debere statuimus; omnesq; &
singulos tā Iuris quam facti defectus, si qui for-
san interuenerint quomodolibet in eisdem sup-
plemus. Decernētes ea omnia, absque alio defu-
per ordinaria vel Apostolica aut alia auctori-
tate,

Alienandi.

173

GREG.
XIII.

tate, seu de sedis Apostolicæ cōmissione facien-
do examine, ac presentes & in eis cōtenta va-
lidas et efficaces, validaq; et efficacia perpetuō
fore, necnon ab omnibus obseruari debere; ip-
sosq; cōtrahētes ad contractū & stipularū
cōventionū obseruationē omnino teneri, ac su-
per præmissis & inde sequutis quibuscūq; per-
quoscunque, quauis auctoritate, quomodolibet
molestari vel impediri nō posse. Necnō irritū
& inane, si secus super his à quoquā, quauis
auctoritate, scienter vel ignorāter cōtigerit at-
tentari. Quocirca venerabilibus fratribus Pa-
triarchis Archiepiscopis, & Episcopis, ac dile-
ctis filijs, eorū in spiritualib. Vicarijs, aut offi-
cialib. generalibus, & Curie causarū Camera
Apostolicæ generali Auditori, necnō Abbati-
bus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidia-
conis, Canonicis, & Capitulis, ac alijs, ad quos
id quomodolibet spectat, & in futurum specta-
bit, per easdē presentes cōmittimus & manda-
mus, quatenus ipsi, vel duo aut vnus eorū, per
se vel aliū seu alios, præcētes litteras, & in eis
contenta quæcumque vbi & quādo opus fue-
rit, ac quoties pro parte Generalis Præpositi
vel aliarū personarum eiusdem Societatis, aut
alicuius eorū, super his fuerint requisiti, solem-
niter publicantes, eisque & eorū cuilibet in
præmissis efficacijs defensionis presidio assisten-
tes, faciant easdem presentes, & in eis conten-
ta quæ-

Contrahē-
tes ad con-
tractuum
obseruatio-
nem tenen-
tur.

Indices de
putantur.



GREG. XIII.

ta quacunque ab omnibus, quos illa concernit integrè & inuolabiliter obseruari. Nō permit tentes eos aut eorum aliquem desuper contra earundē presentium tenorem, quomodolibet indebite molestari. Contradictores quoslibet & rebelles per sententias censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Iuris & facti remedia, appellatione postposita, cōpescendo, legitimisq; super his habēdis seruatis processibus, sententias cēsuras et pœnas ipsas, etiā iteratis vicibus aggrauando; innocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.

Non obsta
vibus.

Non obstantibus, felicitis recordationis Bonifacij VIII. de vna, et in Concilio generali editis de duab. dietis, dūmodo vltra tres dietas quis vigore presentium ad iudiciū non trabatur; & pia memoria Symmachi ac Pauli II. predecessorum nostrorum, de rebus Ecclesie non alienandis, vel alienatis recuperādis: alijsque constitutionibus & ordinationibus Apostolicis; necnō quibusuis etiam inramēto confirmatio ne Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apostolicis quibusuis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac eū quibusuis, etiam derogatorijs derogato rijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis ac irritantibus & alijs decretis, in genere vel in specie, etiā Motu proprio, ac alias quomodolibet

GREG. XIII.

libet, etiā iteratis vicibus concessis, approbatis, & inuouatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si de illis, ac totis eorum tenoribus, specialis, specifica, indiuidua & expressa mentio habēda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus; Caterisque Contrarijs quibuscūque: seu si aliquibus cōmunitē vel diuim ab eadē sit sede indultū, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam & expressā, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Volumus autem quod earundem presentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius persona in dignitate Ecclesiastica constituta seu etiam ipsius Praepositi Societatis, munitis, eadē prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quā ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die XVIII. Decembris. M. D. LXXXVI. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Transumptis fides
habetur.

Ca. Glorierins.



GRIG.
XIII.

DEROGATIO
CAPIT. NUPER,
de Decimis.
Anno. M. D. LXXVIII.



GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

HISTORICALIS officij cu-
ra nobis, meritis licet impari-
bus, ex alto commissa Nos ad-
monet, vt nostra provisionis
efficiatur ministerio, quod eor-
umque religiosi quibuslibet, pro-
sertim sub sacratissimi nominis IESU totius
humani generis Redemptoris vexillo, ad illius
honorem, et gloriam, proximorumque spiritualem
profectum, ac orthodoxae fidei defensionem
& propagationem in terris militantibus, ab
Apostolica Sede prouide concessa reperitur,
sublatis quibuslibet impedimentis, si quos
par est, debitos effectus, perpetuis futuris tem-
poribus fortiantur. Exponi siquidem nobis ma-
per fecit dilectus filius Euerardus Mercurialis

GRIG.
XIII.

Pauli III.
exemptio
à decimis.

mus Prepositus Generalis Societatis Iesu, quod
licet alias felicitis recordationis Paulus Papa
Tertius predecessor noster, volens dictam So-
cietatem, per eum Apostolica auctoritate in-
stitutam, & approbatam, illiusque Socios, sa-
nore prosequi gratiae specialis, inter alia eidem
Societati, & socijs dicta auctoritate conce-
sit, ac indulget, vt de ijs quae in ornamentis,
aut pro eis, seu libris, fabrica, luminaribus,
vel victu, aut indumentis eorum, nec non an-
nui censibus redimendis, ad quorum solutio-
nem aliquae Domus ipsius Societatis obligatae
forsan existebant, ac de Domibus, & Colle-
gijs, eorumque praedijs, hortis, & alijs locis
eisdem socijs, iuxta eorum viuendi institutum
habere concessis, aut de ijs, quae pro huiusmo-
di rebus, Domibus, Collegijs, praedijs, locis,
& hortis emendis, per quascunque personas
pro tempore legari, aut relinqui cotingeret, &
alijs bonis quibuscunque per dictam Societa-
tem & illius Collegia possessis, & obtentis,
aliquam decimam etiam papalem soluere, seu
canonicam portionem exhibere, aut ad presta-
tionem procurationum Legatorum dictae Se-
dis vel Nunciorum ipsius, seu Ordinariorum loco-
rum, aut exactionum, collectarum, vel sub-
sidiorum, seu provisionum quorumcunque mi-
nime tenerentur, nec ad id per litteras Sedis,
vel Legatorum, seu Nunciorum, aut dioce-

GREG.
XIII.

sanorum prædictorum cuiuscunque tenoris forent, nullo vnquam tempore compelli possent, nisi ipsa littera Apostolica plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto & concessione huiusmodi, ac de eorum ordine mentionem facerent. Et si forte per ipsum prædecessorem vel dictam Sedem de pijs legatis dispositis, & relictis in genere, vel specie decima, vel altera portio, seu quarta alteri piæ vel non piæ causæ, quomodolibet eatenus cõcessa esset, vel illam in posterum concedi, seu solui, aut dari mandari contingeret, Socios prædictos ac illorum Domos, & bona quacunque, necnon eis legata & relicta, aut alias in eorum favorem disposita, in concessionibus, & mandatis huiusmodi decreuerit, & voluerit, minime comprehendendi, nisi de ipsis ac suis decreto, & voluntate huiusmodi, non per clausulas generales idem importantes, sed vera, expressa, & specifica mentio fieret in eisdem. Et successiue piæ memorie Pius Papa Quartus etiam prædecessor noster, exemptionem, ac cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis litteras ipsius Pauli prædecessoris desuper confectas, necnon inde secuta quecunque, per suas litteras ex certa scientia confirmauerit, approbauerit, et etiã plenariè innouauerit. Ac pro potiori cautela vniuersam Societate prædictã, omniaq; & singula illius Domo etiam probationis, & Collegias

Pij III.
confirmatio
superioris
exemptionis.

GREG.
XIII.

gia vbilibet consistentia, præsentia, & futura, eorumque personas, fructus, redditus, & proventus, etiam bonorum Ecclesiasticorum, secularium et regularium quorumcunque, illis pro tempore vnitorum, aliasque res, & bona quacunque; à quibus suis decimis, etiã Papalibus, prædialibus, personalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, subsidijs, etiam charitativis & alijs ordinarijs oneribus etiã pro expeditione contra infideles, defensione patriæ, ac alias quomodolibet, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, pro tempore impositis; etiam si in illorum impositione caueretur, quod nulla prorsus exemptio cuiquam, aduersus illa, suffragaretur; Ita quod Societas, eiusque Domus, etiã probationis, Collegia, fructus, res, et bona præfata semper ab illis absque declaratione desuper facienda, excepta essent, & esse censerentur, perpetuò liberauerit, & exemerit, prout in singulis litteris prædecessorum huiusmodi plenius continetur. Nihilominus quia in illis nulla de cõstitutione recolenda memoria Innocentij Papæ Tertij, similiter prædecessoris nostri, in Concilio generali super decimis edita, que incipit. Nuper, expressa, & specifica mentio facta, nec ei specialiter, et expresse derogatum fuit, idem Prepositus dubitat, singulas litteras prædictas de subreptionis, seu nullitatis vitio notari, ac



REG. XIII.

Societati illiusque Domibus, Collegijs & personis predictis minus utiles reddi, aut illa super exceptione huiusmodi molestari, vel perturbari posse tempore procedente. Nos igitur qui votium ipsius Societatis profectum syn-
 cero paterne charitatis affectu libenter amplectimur, eisdem Societati, illiusque Domibus etiam probationis, Collegijs, & personis, ne propterea dictarum litterarum frustrentur effectum opportune providere volentes, ipsumque Præpositum, & singulares personas Societatis huiusmodi à quibusvis excommunicacionis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs censuris, & penis, iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes; Necnon singularium litterarum predictarum veriores tenores ac quarumcunque litium, & causarum super premissis iam forsan motarum, statum, & meritum nominaque, & cognomina Iudicum, & colligantium, ac titulos, & iura eorum, presentibus pro sufficienter expressis habentes, ipsius Præpositi supplicationibus in hac parte inclinati, volumus, ac Societati, illiusque Domibus, etiam probationum, Collegijs, & personis predictis eadem auctoritate concedimus, quod

Pauli III.
 & Pij IIII.
 Privilegia
 perinde
 valeat, &c.

GREG. XIII.

quod singula litteræ predictæ cum exemptionis ceterisque omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, & decretis, processusque habiti per easdem, ac inde secuta quæcunque valeant, plenamque roboris firmitatē obtineant, & eis, quibus concessæ existunt, perpetuò suffragentur in omnibus, & per omnia, perinde ac si in illis de constitutione Innocenti prædecessoris, & seu Concilij generalis huiusmodi specifica, & expressa mentio facta, eique specialiter, & expresse derogatum fuisset, prout Nos eidem cõstitutioni ad effectum præmissum specialiter, & expresse harum serie derogamus. Decernentes ita in quibuscunque causis pendentibus, & futuris, per quoscunque Iudices, & Commissarios, quavis auctoritate surgentes, iudicari, & desiniri debere, irritum quoque & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis pendentijs, si quæ sint, & alijs premissis, ac Innocenti prædecessoris, & seu generalis Concilij huiusmodi, aliisque Apostolicis, necnon in provincialibus, & Synodalibus Concilijs editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ac omnibus illis, quæ in singulis litteris predictis expressum fuit non obstare, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod earum-

Derogatur
 cõstitutioni
 ni Innocenti
 tij III.

Non obsta-
 tibus.

Fides ha-
 beat ut tra-
 sumptis.

GREG.
XIII.

dem presentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius persone in dignitate Ecclesiastica constituta, seu etiam pro tempore existens Prepositi Generalis dictae Societatis, munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra ubique adhibeatur, quae ipsi originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostense.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die primo Ianuarij.

Millesimo quingentesimo septuagesimo octavo. Pontificatus nostri Anno Sexto.

Cg. Glorierius.

GREG.
XIII.

INDVLGENTIA

Plenaria semel in Anno in Societatis Ecclesijs.

FACVLTA S CELEBRANDI

per horam ante auroram: Conferendi gradus, etiam per studiorum Praefectum: Ac concurrendi cum Vniuersitatum lectoribus.



GREGORIUS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.



VANTA in vinea Domini fructuosa opera Societas Iesu quotidie, verbo & exemplo in populo Christiano attulerit, continuosque labores quos pro divini nominis gloria, & exaltatione fidei Catholice presbyteri dictae Societatis sup-

M 4 por-



GREG. XIII. portant, cordi nostro prouenit satisfactio. Ac propterea dignum censentes, vt ipsam Societatem, eiusque in odorem suauitatis Altissimo deseruientes, specialibus fauoribus prosequamur; illaque sibi fauorabiliter concedamus, per qua Societas ipsa ad animarum auxilium fideliter in Domino procedere valeat. Sane pro parte dilecti filij Euerardi Mercuriani, Praepositi generalis praedictae Societatis nobis nuper exhibita petitio continebat, Quod alias fel. rec. Paulus Papa Tertius praedecessor noster inter caeteras gratias eidem Societati concessas, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus, vere poenitentibus, & confessis, seu statutis a iure temporibus, futurum, confitendi propositum habentibus, quibus aliquam Ecclesiam, aut alium pium locum dictae Societatis, semel singulis annis, praeter annum Iubilei, in die per pro tempore existentem eiusdem Societatis Praepositum eligendum a primis vespere vsque ad occasum solis eiusdem diei inclusue, deuote visitarent, ac inibi orationem Dominicam. & Salutationem Angelicam recitarent, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam; & remissionem in forma Iubilei; Et deinde, ex certis tunc expressis causis, presbyteris eiusdem Societatis vt missas ante diem, circa tamen diurnam lucem, & etiam infra horam post meridiem, quae

Concessiones.
Pauli III.

Eiusdem
Pauli III.

do &

GREG. XIII. do & quoties stante legitimo impedimento, tunc & pro tempore existenti eiusdem Societatis Praeposito id necessarium, vel alias in Domino expedire visum foret, celebrare; Ac postmodum pia memoria Iulius Papa Tertius, etiam praedecessor noster, Collegijs eiusdem Societatis, tam in vniuersitatibus Studiorum generalium, quam extra illas consistentiibus, vt scholares dictae Societatis, ab illius Generali, vel de eius licentia a quouis alio ex Praepositis, vel Rectoribus Collegiorum huiusmodi, accitis sibi duobus, vel tribus Doctoribus, ad quoscunque Baccalaureatus, ac Magisterij, licentiaturae, & Doctoratus gradus promoueri, ac studij generalis vniuersitatum priuilegijs, indultis, praerogatiuis, & alijs gratijs quomodolibet, non solum ad instar, sed praeriformiter, & aequae principaliter gaudere, liberè & licitè possent, & valerent, sub certis modo & forma concesserunt. Et successiue recolenda memoria Pius Papa Quartus, similiter praedecessor noster, dictam promouendi concessionem, ad Scholares pauperes externos, qui in Collegijs eiusdem, in quibus ordinaria Artium liberalium, & Theologiae lectiones haberentur, lectiones easdem frequentarent, & etiam ad diuites, in vniuersitatibus tamen si illarum officiales eos promouere recusarent, alias per examinatores Societatis huiusmodi idoneos

Iulij III.

Pij III.

GREG.
XIII.

Pij. V.

Inferitur
petitio.

idoneos repertos, & solutis per diuites uiribus suis eisdem Vniuersitatibus, extendit, & ampliauit. Præterea sanctæ memoriæ Pius Papa Quintus, pariter prædecessor noster, ut præceptores dictæ Societatis in suis Collegijs, etiam in locis ubi Vniuersitates, ut præfertur, existerent, suas lectiones dummodo per duas de mane, & per unam de sero horas cum lectoribus Vniuersitatum huiusmodi non concurrerent, publice legere, ac eorum auditores in quibuslibet Vniuersitatibus ad gradus admittere possent, decreuit, & declarauit; prout in singulis eorundem prædecessorum desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, idem Euerardus Præpositus cupiat, indulgentiam huiusmodi quam à pluribus pro quibuslibet dictæ Societatis Ecclesiis concessam fuisse indicatum extitit, cuius quidem usus si pro vnica tantum Ecclesia quolibet anno esset futurus; raro admodum cuiuslibet dictæ Societatis Ecclesiæ ob magnam illius Ecclesiarum, Deo benedicente, multiplicationem usque modo per diuersas totius orbis Christiani partes factam, id contingere posset; sicuti è conuerso, eo maiori pietate, ac deuotionis feruore Christi fideles per eundem Christianum orbem ad penitentiam, & sacrosanctæ Eucharistiæ sacramenta fre-

GREG.
XIII.

frequentanda, Christo propitio, accederent; quo maioribus, & frequentioribus, in singulis eiusdem Societatis Ecclesiis, quolibet anno, ad id à nobis, sanctæque Sede Apostolica gratijs, & indulgentijs se inuitari cognoscerent; eisdem Christifidelibus, in quacumque libet dictæ Societatis Ecclesia, suffragari: Ac etiam eisdem presbyteris propter itinerum, & alia impedimenta, quæ frequenter eueniunt, facultate celebrandi missas etiam per horam ante auroram, & infra horam post meridiem uti licere: necnon concessionem promouendi ad quoscumque gradus ad Collegij cuiuslibet Præfectum Studiorum, in quo Philosophiæ, vel Theologiæ lectiones ordinariæ habentur, extendi: necnon Lectores dictæ Societatis in illius Collegijs, ubi Vniuersitates fuerint Studiorum Generalium, dummodo de mane per unam, & de sero per aliam horas cum alijs Vniuersitatum Lectoribus præfatis, qui hoc postularint, non concurrant, publice legere posse. Quare pro parte dicti Euerardi Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica, dignaremur. Nos igitur, qui personarum quarumlibet, præsertim Deo famulantium, votis, quantum cum Deo possumus, libenter annuimus, Euerardus, Præpo-

GREG
XIII.

Indulgentia plenaria semel in anno in Societatis Ecclesijs, &c.

Præpositum præfatum à quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inmodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes: ac singularum litterarum præfatarum tenores præsentibus expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati: Quod prædicta indulgentia omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus, vere penitentibus, & sacrosanctæ Eucharistiæ cibo refectis, qui Circuncisionis Dominicæ, vel alio per præfatum Euerardum Præpositum, seu visitandi loci Superioriorem, semel pro semper, nominando die quamlibet ex dictæ Societatis Ecclesijs, seu capellis, aut pijs locis ubicunque Societatis huiusmodi Religiosos habitare contigerit, dummodo si plures eiusdem Societatis Ecclesijs in eadem ciuitate, terra, vel loco fuerint, vna tantum ex eis, ad id, per illius Generalem Præpositum statuatur, annis singulis, deuote visitauerint, & inibi quinquies orationem Dominicam, & totidem salutationem Angelicam recitauerint, vel alias ad Deum orationes pro sanctæ matris Ecclesijs exaltatione, fideique Catholicæ incremento effuderint.

GREG
XIII.

Facultas Missas celebrandi per horam ante aurorâ, & infra horâ post meridiem, &c.

Promouendi ad gradus per studiorum Præfectum.

Concurrendi cum vniuersitatibus, &c.

effuderint, & alias iuxta illius continentiam & tenorem suffragetur. Necnon presbyteris Societatis huiusmodi, vt Missas per horam ante auroram & infra horam post meridiem, itineris, vel alterius legitimi impedimenti causa, de ipsius Euerardi, & pro tempore existentis Præpositi Generalis, vel cuiusvis alterius, ad id ab eo deputati licentia celebrare valeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, de speciali gratia indulgemus. Et insuper facultatem præfatum promouendi ad gradus in Philosophia, vel Theologia, ad cuiuslibet dictæ Societatis Collegij studiorum, in quo Artium, vel Theologiæ facultates huiusmodi pro tempore legentur, Præfectum, et alias in omnibus, & per omnia, iuxta litterarum præfatarum tenores, auctoritate & tenore prædictis, extendimus, & ampliamus. Ac etiam, quod Lectores dictæ Societatis in illius Collegijs, in locis, vbi vniuersitates sunt studiorum Generalium, dummodo de mane per vnam, & de sero per aliam horas cum alijs vniuersitatum huiusmodi Lectoribus, qui id postulauerint, non concurrant, publice legere possint, et valeant; Reliquis omnibus, in eisdem litteris contentis, in suo robore, & statu permansuris, eisdem auctoritate, & tenore, etiam de speciali gratia concedimus, & indulgemus. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quavis auctoritate

GREG.
XIII.Deputatur
Iudicis.Non obsta-
tibus.

Fortitate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere. Ac quicquid secus super his, a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus. Quo circa Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Valentini, & Parisien. ac Salamantinen. Episcopis per Apostolica scripta mandamus; quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium seu alios, presentes litteras, & in eis contenta quacunque, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Euerardi Prepositi fuerint requisiti, solemniter publicates, sibi que in premissis efficacia defensionis presidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, easdem presentes, & in eis contenta huiusmodi, firmiter obseruari, ac singulos, quos ipse concernunt, illis pacifice gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet, indebite molestari. Contradictores, & rebelles per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris remedia auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo: Nec non legitime super his habedis seruatis processibus, illos sententias, censuras, et penas ipsas incurrisse declarando, nec non eas etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit,

auxi-

GREG.
XIII.

auxilio brachij secularis. Non obstantibus pie memorie Bonifacii Pape VIII. etiam predecessoris nostri, qua cauetur, ne quis extra suam Ciuitatem, uel diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & in illis ultra unam dietam, a sine sue diocesis, ad iudicium vocetur, seu ne Iudices a Sede predicta deputati, extra Ciuitatem, vel diocesim, in quibus deputati fuerint per quoscunque, procedere, aut alij, vel alijs vices suas committere, seu aliquos ultra unam dietam, a sine diocesis, trahere presumat: Et de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo ultra tres dietas aliquis, auctoritate presentium, ad iudicium non trahatur; & alijs constitutionibus & ordinationibus Apostolicis: nec non omnibus illis, que dicti predecessores, in singulis eorum litteris predictis, voluerunt non ob stare, contrarijs quibuscunque; Aut si aliquibus communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Ceterum quia difficile foret, easdem presentes litteras ad singula loca in quibus de eis fides forsan facienda foret, deferri; volumus, & similiter auctoritate Apostolica decernimus, quod ipsarum presentium transcriptis, etiam impressis, manu unius Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius

Fides habeatur
transumptis.

Pre-



192 Indulgentia & facultates.

GREG.
XIII.

Prælati seu personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra illud adhibeatur, & habeatur, quæ adhiberetur, & haberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, indulgentiarum, extensionis, ampliationis, concessionis, decretorum, mandatorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum,
Anno Incarnationis Dominicæ,
Millesimo quingentesimo
septuagesimo octavo.
Non. Maij. Pon-
tificatus nostri Anno sexto.

Cæ. Glorierius.



Altaris portatilis. 193

R E S T I T V I T V R

SOCIETATI IESV,

A D I L L I V S M I S S I O N E S,

vsus Altaris portatilis, Anno

M. D. LXXIX.



Dilectis filijs Preposito Generali
& Presbyteris Societa-
tis Iesu.

GREGORIVS PAPA XIII.

Dilecte Fili salutem & Aposto-
licam benedictionem. Vsum al-
taris viatici Societati vestræ
à se. re. Paulo Papa III. con-
cessum, deinde à Concilio Tri-
dentino vniverse sublatum, vobis eatenus re-
stituimus, vt inter missiones, quæ à Superiori-
bus sunt, presbyteri vestri, seruata alias for-
ma dictæ concessionis, Missæ Sacrificium licitè
valeant celebrare super huiusmodi Altari
vbique gentium, etiam in castris militum; mo-
do

GREG.
XIII.

do loca & si communia, & profana, tuta, & honesta sint; & Generalis, aut per eum Provincialis Præpositi, eo tum vtendum fore iudicauerint. Itidemque possint ibi presbyteri ipsi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum ministrare fidelibus, ad illud sumendum debite preparatis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Eadem potero fides vbique detur presentium exemplis, eo quo solent alia in vestra Societate transumpta modo, munitis, quæ daretur ipsis presentibus si exhiberentur, vel ostenderentur.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum
sub annulo Piscatoris, die primo
Octobris. M. D. LXXIX,
Pontificatus nostri
Anno Octauo.

Cas. Glorierius.



CONCEDUNTUR
RELIGIOSIS SOCIETATIS
Iesu in eorum Ecclesijs Indulgentiæ omnes, Ecclesijs alijs locorum, vbi illi morantur concessæ.
M. D. LXXIX.



GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad perpetuam rei memoriam.



VM sicut accepimus, dilecti Filij Religiosi Societatis Iesu ad ecclesias & alia pia loca ciuitatum, terrarum, & locorum, in quibus morã trahunt, vt consequantur indulgentias illis pro tẽpore elargitas, inter medios vtriusq; sexus populos promiscue, absq; decentiæ religiose dispensationis, ac functionum suarũ & spiritualium minorum incommodo accedere vix possint, Ideoque frequenter contingat, tanto eos indulgentiarum fructu priuari; immo & interdum quod ad illas consequendas non accedant, de earum contemptu notari formident. Quare nobis humiliter supplicari fecerunt, vt illorum

N 2 deuo-



GREG.
XIII.

196 Indulgentiæ.
deuotioni ac spirituali fructui prouidere de be-
nignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur
Religiosorum prædictorum status, decencies
commodisque annuere volentes, huiusmodi
supplicationibus inclinatis, vniuersis & singu-
lis dictæ Societatis personis, nunc & pro tem-
pore in qualibet mundi parte existentibus, &
ante Altare Sanctissimi Eucharistiæ Sacra-
cramenti in ipsius Societatis ecclesiis orationes
ad eum pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exal-
tatione, hæresum extirpatione, & inter prin-
cipes Christianos fouenda pace, aut alias pro
cuiusque peculiari deuotione fundendo, omnes
& singulas indulgentias etiam plenarias, &
peccatorum remissiones consequantur, quas
scilicet consequerentur, si indulgentiarum ip-
sarum diebus ecclesias, & loca pia his decora-
ta, in locis, in quibus eosdem religiosos moram
trahere contigerit, visitarent, De omnipo-
tenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri &
Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi-
tenore presentium concedimus, & largimur
contrarijs non obstantibus quibuscunque.
Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub
annulo Piscatoris Die XXIII. Decembris
Millesimo quingentesimo septuagesimo
nono, Pontificatus nostri
Anno Octauo.

Cæ. Glorierius.

Aperiend. litter. Pœnit. 197

FACULTAS APERIENDI
LITTERAS SACRÆ
POENITENTIARIÆ.



Dilecto filio Claudio Aquauina
Præposito Generali Socie-
tatis Iesu.

GREGORIUS PAPA XIII.



Dilecte Fili Salutem & Apo-
stolicam Benedictionem. Ex-
poni nobis nuper fecisti, quod
alias quondam Alexander Fru-
mentus tunc officij Sacræ Pœ-
nitentiariæ Regens dilectis fi-
lijs presbyteris Societatis Iesu, cui præesse di-
gnosceris, etiam si nullo Magisterij in Sacra
Theologia, & doctoratus in iure canonico gra-
dibus insigniti essent, alias tamen idoneis, &
approbatis ipsius Societatis confessarijs, vt
quascunque obsignatas, etiam Magistris in
N 3 Theolo-



GR. G.
XIII.

198

Aperiendi litteras

Theologia, vel iure canonico doctoribus divinitas, in foro conscientiae eiusdem Sacrae Penitentiariae litteras aperire, & absolutionis beneficium iuxta illarum dispositionem impedere possent, & valerent, verbotenus concessit, eaque facultate ipsi presbyteri hactenus usi sunt. Cum itaque ipsius Societatis religiosi ad huiusmodi gradus, nisi pro necessitate scholarum suarum promoveri non soleant: penitentes etiam ad ipsos presbyteros cum suis litteris absolutionum in dies recurrant, & importune obsecrent: opportune etiam eos inuari conuenit. Nos idcirco tuis in hac parte supplicationibus inclinati presbyteris Societatis huiusmodi per te, vel tibi subordinatos illius Superiores de tua licentia designandis, & ab Ordinarijs locorum approbatis, vel approbandis, etiam si magisterij vel doctoratus, aut alijs gradibus insigniti non sint, litteras huiusmodi aperiedi, confessionibusque fidelium ad ipsos recurrentium auditis, & imposta salutari in illis expressa, vel de iure infligenda penitentia, absoluedi, ac in foro conscientiae quascunque sibi verbo vel scriptis commissas absolutiones, dispensationes & penitentiarum iniunctiones excipiendi, & exequendi licentiam, & facultatem tenore praesentium concedimus & impartimur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contra

rijs

Penitentiariae.

199

GR. G.
XIII.

rijs quibuscunque. Volumus autem quod praesentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo tuo seu personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem ubique fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris Die IIII Aprilis.

Millesimo quingentesimo octuagesimo secundo. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Cg. Glorierius.



N 4



EXTENDITVR
AD CENSUS REDI-
MIBILES, &c.

FACULTAS ALIENANDI
Societati Iesu alias concessa.



GREGORIUS EPISCOPVS
*seruus seruorum Dei, ad
perpetuam rei me-
moriã.*



*X debito Pastoralis officij ad
ea libenter intendimus, per
que religiosorum locorum ac
personarum in eis degentium
vtilitates, & commoda va-
leant procurari. Exhibita se-
quidẽ nobis nuper pro parte dilecti filij Clau-
dij Aquavivæ Præpositi Generalis Societatis
Iesu petitio continebat: Quod postquam alias
per diuersas litteras Apostolicas diuersorum
Roma*

*Romanorum Pontificum Prædecessorum no-
strorum & dictæ Societatis Constitutiones, &
Decreta, illius Præposito Generali pro tempo-
re existenti, vel ipsi Societati omnimoda Col-
legiorum, & Domorum probationum, bono-
rumque ad illa spectantium gubernatio, absq;
alia personarum in eis degentium capitulari
congregatione facienda: etiam cum facultate
quosuis contractus emptionum, venditionum,
aliarumque venditionum, alienationum, nec-
non obligationum, & cessionum quarumlibet
rerum temporalium, mobilium & immobi-
lium, etiam in beneficalibus ac spiritualibus,
aliisque quibuscunque, etiam præiudicialibus,
necnon Instrumenta quæcunque tam per se,
quam per alios celebrandi, ac insuper Mendi-
cantium, necnon per nostras litteras aliorum
ordinum, & piorum locorum priuilegijs om-
nibus vtendi, & alias sub certis modo, & for-
ma inibi expressis concessa fuisset; Denique cū
vsus priuilegiorum huiusmodi dictæ Societati
parum prodesset, eo quod contrabentes renue-
rent, neque adducerentur ad contrabendum so-
lo priuilegio communicationis, essetq; frequen-
tissimum, & maxime necessarium ipsi Socie-
tati in his suis, quasi primordijs, pro Colle-
giorum, & Domorum illius foundationibus, &
ampliationibus Domo, agros, & bona alia
commutare, & vendere, ac super his census
imponere.*



GREG.
XIII.
Petitioni
inferitur
facultas
alienandi
alias con-
cessa.

imponere. His alijsq; de causis, Nos eidem So-
cietati, illiusque Præposito Generali pro tem-
pore existenti, quod in informatione de contra-
ctibus ineundis per litteras, vel alias, prout
ipse Præpositus Generalis statueret, à subordi-
natis localibus Præpositis, vel Rectoribus aut
Præfectis, seu eorum Vicegerentibus, vel à
Prouincialibus, seu Visitatoribus, aut Com-
missarijs, vel ab alijs sibi beneuisis, auditis
iuxta eorum institutum Consultoribus, acce-
pta; quæcunque Domorum, tum Professarum,
tum probationis, Collegiorum, & aliorum lo-
corum eiusdem Societatis ubilibet consisten-
tium bona stabilia: necnon etiam preciosa mo-
bilia, cuiuscunque qualitatis, & quantitatis,
ac valoris, et in quouis loco posita, pro pretio,
& sub pactis, conditionibus, modis, & formis
hincinde conueniendis, in euidentem tamen Do-
morum, & Collegiorum huiusmodi utilitatem,
per se, vel alium, seu alios vendere, alienare per-
mutare in emphytheosim, seu linellum ad tres
generationes, vel nominationes tantum, pro
affectu sibi beneuiso dare, licite valere; etiam
absque alia sedis Apostolicæ vel locorum or-
dinariorum licentia, seu confirmatione desu-
per obtinenda: Ita quod venditiones, aliena-
tiones, permutationes, locationes, concessio-
nes, contractus instrumenta, & inde sequuta
quæcunque, postquam ab ipso Præposito Ge-
nerali

nerali ratificata fuissent, seu illius consensus
interuenisset, eo ipso Apostolica auctoritate,
nullo alio desuper habendo examine, vel com-
missione, approbata, & confirmata essent, in-
dulsit; prout in singulis litteris Apostolicis de-
super confectis plenius continetur. Cum au-
tem sicut eadem subiungebat petitio, ea, qua
de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio, ip-
sique contrahentes presertim in Curia varias
quotidie requirant cautelas, sine quibus exi-
stimant sibi non fore satis cautum; inter quas
ea potissima est, quod in indulto huiusmodi
non fuerit expressum, quod etiam census redi-
mibiles super eisdem bonis possent vendi,
que tamen species est, eaque minima, venditio-
nis; Et idcirco ab aliquot iam annis frequens
fuit, ut census redimibiles alias iuxta for-
mam priuilegij huiusmodi venderentur, &
imponerentur. Quare pro parte dicti Claudij
nobis fuit humiliter supplicatum quatenus si-
bi, dictæque Societati in premissis consulere de
benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur
eundem Claudium, & singulares ipsius So-
cietatis personas à quibusuis excommunica-
tionis, suspensionis, & interdicti, alijsque eccle-
siasticis sententijs, censuris, & penis à iure,
vel ab homine quauis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet inmodati exi-
sunt, ad effectum presentium dumtaxat conse-

GREG.
XIII.

Reliquum
petitionis.

GREG.
XIII.Extensio
prioris fa-
cultatis

consequendum, harum serie absoluētes, & ab-
solutos fore censentes: Ac prædictarum litte-
rarum, & Constitutionum tenores præsentibus
pro expressis habentes, huiusmodi suppli-
cationibus inclinati, eidem Claudio, & pro tē-
pore existenti Præposito Generali dictæ So-
cietatis, vel ipsi Societati, dum ea scilicet erit
generaliter cōgregata, ex nunc de cætero per-
petuis futuris tēporibus per se, uel alios, ut in-
formatione, sic ut præmittitur, vel si vtrilibet
visum erit, extra iudicialiter ac summarie, &
simpliciter accepta, vel etiam ea omnino omis-
sa, bona Domorum, Collegiorum, & locorū hu-
iusmodi stabilia, & etiā mobilia preciosa, præ-
sentia, & futura, pro illorum vtilitate, seu ne-
cessitate, quibuscumque personis, tam ecclesia-
sticis, quam secularibus cuiuscunque gradus,
ordinis, & dignitatis existentibus, etiam Colle-
gijs, Communitatibus, & Vniuersitatibus ad
eam rationem, quæ facilius inueniri poterit,
& pro pretio reperibili vendere, alienare, per-
mutare, in emphyteosim, seu luellum ad tres
generationes, vel in aliud longū tempus dare,
locare, etiam cum donationis, seu inuestitura
receptione, ac representata pecunia, sine ta-
men soliti illorum redditus diminutione, nec-
non generaliter, & specialiter obligare, et hy-
pothecare, super illis census quoscunque redi-
mibiles imponere, & vendere, necnon de bonis
eif-

GREG.
XIII.

eisdem compromittere, & quomodolibet su-
per illis transigere, illisque simpliciter, vel li-
ti desuper habitæ, ac actioni, etiam in non pos-
sessorem cedere, & reum citare; vtilitatemque
venditionum, & aliorum huiusmodi, vel etiam
necessitatem, aut aliam causam, propter quam
fiant, simpliciter & absque figura iudicij co-
gnoscere, iudicare, definire, & penitus termi-
nare, liberè & licitè valeat; & alias iuxta di-
ctarum litterarum tenorem, harū serie, Apo-
stolica auctoritate concedimus. Et ad hoc, si
opus sit, licentias & facultates omnes prædi-
ctas extendimus, & ampliamus. Ipsosque con-
trahentes, habita sola Præpositi Generalis
vel congregatæ Societatis per litteras paten-
tes more ipsius Societatis vel alias confirma-
tione, aut consensu, solo contractu securos exi-
stere, nec ad venditionū, communicationū, &
aliarum huiusmodi alienationū vtilitatis, seu
necessitatis, aut in æquivalentia, vel meliora
bona prætij conuersionis vel aliam demonstra-
tionem teneri. Necnon contractus quoscunque
super his hætenus initos perpetuò valere; par-
tesque ipsas ad illorum obseruationē omnino
obligari, & tam ipsos hætenus initos contra-
ctus, quam in futurum incundos, quibus ipsius
Generalis Præpositi, nunc, et pro tempore exi-
stentis, vel etiam congregatæ Societatis consen-
sus, seu confirmatio accesserit, alia sedis Apo-
stolicæ

GREG.
XIII.Iudices
deputan-
tur.

stolica confirmatione, & approbatione non indigere. Sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, & diffiniri debere: necnon quicquid secus super his à quoquā quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus nostris, Toletan. & Treueren. ac Rigen. Archiepiscopis per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel aliū seu alios easdē presentes, & in eis contenta quæcunque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Claudij, vel pro tempore existentis Præpositi Generalis, aut Societatis huiusmodi vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostrā presentes & in eis contenta huiusmodi firmiter observari, ac singulos, quos litteræ ipsæ concernunt, pacifice frui & gaudere. Non permittentēs eos vel aliquem eorum desuper contra presentium tenorem per quoscunque quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoslibet et rebelles per Censuras, & penas ecclesiasticas

GREG.
XIII.Non obsta-
tibus.

ecclesiasticas aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus felic. record. Symmachi, & Pauli, aliorumque Romanorum Pontificum, etiam prædecessorum nostrorum, de rebus ecclesiæ non alienandis, sed alienatis recuperandis, aliisque Apostolicis constitutionibus & ordinationibus, necnon quibusuis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis quibusuis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, etiam Motu proprio, & Consistorialiter ac de Apostolica potestatis plenitudine concessis, approbatis, et innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, indiuidua, & expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti foret, presentibus pro expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentis, ac dictis

GREG.
XIII.Transumptis
habentur fides.

dictis litteris, si in aliqua obstant, hac vice dūtaxat, specialiter & expresse derogamus contrarijs quibuscumque. Ceterum quia difficile foret easdem presentes ad singula quæque loca, ubi necessarium fuerit, deferre, volumus quod illarum transumptis manu alicuius Notarij, publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ, seu etiā ipsius Societatis Præpositi Generalis munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, & extra, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis extensionis, ampliationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se noverit incursum. Datū Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno incarnationis Domini M. D. LXXXII. Nonis Augusti. Pontificatus nostrī Anno Vndecimo.

Pro Reuerendissimo D. Summatore.

A. Lanfredinus.

Ca. Glorierius.

CONCEDITUR
PRÆPOSITO GENERALI,
vt de eius licentia Societatis Religiosi, etiam Professi, ad quosuis alios regulares ordines transire valeant.



GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad futuram rei memoriam.



VM alias se. re. Paulus Papa III. Societati Iesu inter alia concesserit, vt eorum nemo siue Professus, siue Scholaris, siue Coadiutor ex dicta Societate egrediens, ad alium quam ad Carthusiensium Ordinem, nisi de expressa Romani Pontificis, vel Præpositi Generalis dictæ Societatis licentia se cōferret; itemque Pius Papa IIII. voluerit, vt ne quis Prædictorum, ab eadem Societate pretextu cuiusuis indulti, vel quæsito colore melioris vitæ vel strictioris obseruatiōis etiam ad Mendicantium
O cantium



GREG. XIII.

cantium, vel Cisterciensium, seu Sancti Benedicti, aut aliorum Monachorum Ordinem (Carthusiensi excepto) transire possit, dubitare contingit; An Præpositus pro tempore existens valeat etiam Professos, ex causis id exigentibus ab ipsa Societate emittere, aut eis sic emissis, liberum sit de eius licentia, se ad quemvis alium Mendicantium, vel non Mendicantium Ordinem transferre. Nos, re perpensa, atque diligenter examinata, Societatis ipsius puritate, atque incremento, emissorūq; pro tempore saluti consulere volentes; statuimus, vt deinceps

Liceat Præposito quibus iudicauerit a Societate ad quemvis alium ordinem transferendi licentiam concedere.

Non obstantibus.

Præsentis privilegij communicatione prohibetur.

in perpetuum liceat dicto Præposito, quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, eosque de ipsius Præpositi licentia, non tantum ad Carthusiensem, sed ad quemvis alium Mendicantium vel non Mendicantium pariter, laxioris aut arctioris obseruantie ordinem, per ipsum Præpositum illis præscribendum, de consensu tamen Superiorum loci illius, quo destinabuntur demigrare; in eisq; professionem per loci illius Monachos, aliosque regulares eiusdem emitti solitam, emittere, habitumque suscipere, et consuetam vti eorum disciplina. Ipsi inhihentes sub excommunicationis lata sententia pena ne quid contra præsentium tenorem quomodolibet audeant attentare. Non obstantibus omnibus ijs, quæ dicti Pontifices voluerūt non obstare cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentis

GREG. XIII.

Præsentis autem gratiæ communicatione omnibus alijs etiam qui sua priuilegia cum prædicta Societate copiose participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Cæterum quia difficile esset præsentibus quocunque illis opus erit deferre, volumus, vt præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constituta, seu etiam dicti Præpositi munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostense.

Transumptis adhibeatur fides.

Datum Tusculi, sub annulo Piscatoris. Die XXII. Septembris, Millesimo quingentesimo octuagesimo secundo.

Pontificatus Nostri Anno undecimo.

Cæ. Glorierius.





F A C U L T A S
S O C I E T A T I E S V
denuo conceditur, ordi-
nes à quocunque Anti-
stite suscipiendi, id-
que etiam extra
tempora,
&c.



GREGORIUS PAPA. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Rum & utile Societatis Iesu
institutum non patitur certa
quædam ab ijs, qui sub eius
vexillo atque disciplina salu-
tari militant obiri, quæ in Sa-
cris ineundis generaliter præ-
scribuntur. Quocirca cum dictæ Societatis, ac
disciplinæ alumni, nulli ecclesiæ, nullius loco
certo mancipati sint, ut ibi permaneant, sed
veluti viatores omni tempore parati, expecta-
resque

tesque diem & horam qua, vel ad extremas
orbis regiones, cum venit usus, emittantur;
ubi quisque pro captu suo, & iuxta datam si-
bi à Domino sapientiam, sese in vinea Domini
excolenda exerceat, eiusque rei causa se. re.
Paulus Papa III. Præposito eiusdem Socie-
tatis concesserit, ut idoneos, & comprobatos
ab ipsa Societate quibuscunque mallet catho-
licis Antistitibus, gratiam & communionem
Sedis Apostolicæ habentibus, præsentare pos-
set; qui illos sic præsentatos, absque ulla pro-
missione vel obligatione, ad ordines huiusmodi
promouerent. Nonnulli tamen Antistites,
post Concilij Tridentini decreta, eos sic præ-
sentatos prius in cuiusque, tam minorum
quam Sacrorum ordinum huiusmodi præscri-
pto munere exercitatos, temporumque deter-
minatorum, post susceptos præscriptum finem,
antequam ad Superiores ordines ascendant,
omnino expectandum, eosque in eorundem or-
dinum functionibus, chori que officijs plene in-
structos, & denique super eorundem vita, mo-
ribus, etate & natalibus ad parochi inquisi-
tionem, aut aliàs testimonium, & certa alia
requisita habenda esse contendunt; quamvis
non nisi ad eosdem ordines suscipiendos nume-
ris alioqui omnibus idonei dimittantur. Nos
his incommodis, quantum in nobis est, occur-
rere volentes omnibus Episcopis, & alijs An-
tistibus

GREG.
XIII.

Pauli III.
Concessio.

GREG.
XIII.Facultas
ad ordines
suscipien-
dos.Etiam ex-
tra tempo-
ra, &c.Non obsta-
tibus.Presentis
Prinilegij
communi-
cacio pro-
hibetur.Transum-
ptis adhi-
beatur si-
des.

tistitibus presentibus, & futuris in perpetuum precipimus, atque interdicimus, ne ab huiusmodi promouendis, qui licentiam à Præposito Generali dictæ Societatis pro tempore existente, vel ab eo delegatis habuerint, quidquam prædictorum requirant, vel exigant; sed ipsos etiam absque vlla functione in ordinibus ipsis, interstitiorumque ad illos suscipiendos obseruatione, aut inquisitione de cantu, officijs, & ceremonijs ecclesiasticis, idoneitate, proprii Ordinarij licentia, & alijs, in alijs requisitis ad minores, ac etiam extra tempora à iure statuta, tribusque Dominicis, vel alijs festis diebus etiam continuis ad sacros, etiam Presbyteratus, ordines promoueat, ac si illi omnibus requisitis præditi essent. Nos enim illis ordines omnes prædictos sic suscipiendi, ac prædictis Antistitibus eos ipsis conferendi facultatem tribuimus. Non obstantibus præmissis ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque. Præsentis autem gratia communicationem omnibus alijs, etiam qui sua priuilegia cum ipsa Societate copiose participant, participare que poterunt, quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus. Cæterum quia difficile esset præsentibus quocumque illis opus erit, deferre, volumus vt earumdem præsentium transumptis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo per-

GREG.
XIII.

sonæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, seu etiã dicti Præpositi munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur si essent exhibitæ vel ostensæ.

Datum Tusculi, sub annulo Piscatoris, Die.
XXII. Septembris, Millesimo quin-
gentesimo octuagesimo secundo.
Pontificatus Nostri Anno
Vndecimo.

Ce. Glorierius.





SOCIETATIS IESU
Institutum Privilegia, &
Constitutiones con-
firmantur.

Et eos omnes, qui peracto Nouitiatu
tria vota emiserint, tametsi sim-
plicia, verè & propriè Re-
ligiosos esse, decla-
ratur.



GREGORIUS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei, ad perpetuam
rei memoriam.



VANTO fructuosius in-
colenda Domini vinea se ex-
ercet Veneranda Iesu Socie-
tas, dignisque aeterna merce-
de operarijs abundare cona-
tur, tanto propensius contem-
dimus, eam, Religiosamque subinde quam in-
stituit prolem, vnde tota Respublica Christiana
vbique subleuatur, prosequi & confouere: si-
mulque omnia remouere, quibus & spiritualis
ipso-

iporum profectus retardari, & caritatis fer-
uor, qui ab eisdem in regeneratas pretioso Do-
mini Nostri Iesu Christi sanguine animas se
diffundit, alicubi frigescere, aut in lubricum
desfluere posset. Cum enim, sicut iuxta dictæ So-
cietatis Constitutiones & laudabile institu-
tum, à felicis recordationis Paulo Tertio, &
Iulio etiam Tertio confirmatum, ac etiam à
Paulo Quarto, Romanis Pontificibus prædeces-
soribus nostris diligentissimè examinatum, &
à Concilio Tridentino commèdatum; Societas
ipsa non solum Professis & Nouitijs, sicut &
reliqui regulares ordines, constet; sed varij in
eadem Societate Religiosarum personarum gra-
dus sint; in quibus singuli, iuxta commissi cui-
que à magno Patrefamilias talèti mensuram,
& Præpositorum suorum directionem Altis-
simo famulantur: Sicut enim finis dictæ Socie-
tatis fidei propagatio & defensio, animarum-
que in vita & doctrina Christiana progres-
sus; ita etiam gratiæ eius vocationis proprium
est, diuersa loca ex Romani Pontificis ac Præ-
positi Generalis eiusdem Societatis directione
peragrarè: vitamque in quauis mundi par-
te agere. vbi laboriosam eorum operam, & in-
dustriam fructuosam copiosores saluandarum
animarum prouentus ad Dei aeterni gloriam
consequi posse sperantur: Ad quem finem Spi-
ritus Sanctus, qui bona memoriæ Ignatium
Loye-

GREG.
XIII.

Loyolam ipsius Societatis institutorem eiusque Socios excitauit, media etiā præclara maximeq; opportuna, huius Sedis ministerio eis tribuit atq; confirmauit, publicarum, scilicet, prædicationum, Verbi Dei ministerij cuiuscūque, Spiritualiumq; exercitiorum, et caritatis operū, Penitentia & Eucharistiæ sacramentorū administrationis, ac frequentis vsus. Ad que pro dignitate exequenda, et ad difficultates superandas, subeundaq; pericula, quibus dictæ Societatis Religiosi in huiusmodi excursionibus & ministerijs exponuntur, cum hæc magnū tū virtutis, tum deuotionis præsidium postulent; statutū est, vt & Nouitij in Societate prædicta per biennij spatium probentur, et qui expleto Nouitiatu litteris operam dederint, illorum Studijs absolutis, tertium etiam annum probationis, in humilitatis exercitijs expendant, vt si qua in re vel huius virtutis amor, vel pietas, ac deuotionis feruor, per literarum occupationem distractus intepuerit, per earundem virtutum frequentiore exercitationem, & diuinæ gratiæ ardentiorē inuocationem restauretur: qui enim professionē emittere debent, eos vocatio hæc viros in vitæ puritate ac litteris conspicuos, diuturnisque & diligentissimis experimentis probatos, eosque Sacerdotes, & in Verbi Dei ac Sacramentorum administratione diu multumque versatos

GREG.
XIII.

tos exigit, vt & Constitutionibus dictæ Societatis & à Summis Pontificibus est decretum. Sed neque omnes ad eandem professionem idonei esse possunt, neq; qui temporis progressu futuri sunt, tales euadere, aut cognosci, sine longa exercitatione atque experimento. Quapropter Societatis corpus in sua membra, ordinem, & gradus idem Ignatius, diuino instinctu, ita duxit disponendum, vt biennio Nouitiatus absoluto omnes, qui in Societate perseverare voluerint, tria vota, substantialia quidem, Paupertatis, Castitatis, & Obedientia, simplicia tamen, emittere debeant, ac Nouitij esse desinant; quibus votis emissis in corpus eiusdem Societatis cooptati, & quantum ex parte ipsorum perpetuo obligati remanent. Quod si iniussi discedant apostasiæ notam & excommunicationis, ac alias, quibus ipsi Professi subiacent, penas incurrunt, quamuis rationabili ex causa, iuxta Constitutiones easdem, ab ipso Præposito Generali dimitti, & votis huiusmodi liberari possint. Quæ omnia ipsis primo ingressu per aliquot dies in separata habitatione constitutis, antequam ad aliorum Nouitiorum communem conuietum admittantur, in ipsius Societatis Priuilegijs, Constitutionibus & Regulis consideranda traduntur. Biennio itaque Nouitiatus completo, & emissis votis simplicibus, vna est omnibus

GREG.
XIII.

omnibus omnino viuendi & obediendi ratio, debentque omnes in communi viuere, ac in omnibus obedire: non secus ij qui professione non emiserunt, quam Professi. Quod vero ad Paupertatem attinet, quāuis honorum suorū ius atque dominium, iustas ob causas, pro Superiorum arbitratu, ad tempus retinere valeant; vt in pios vsus, iuxta Euangelicum consilium, distribuant, in illorum tamen vsu religiosam paupertatem seruant, nec vlla re tanquam propria, & sine Superioris facultate vti possunt. Peractis igitur huiusmodi probationibus & experimentis, cum dictæ Societati fuerit per ea in Domino satisfactum, quos idem Præpositus Generalis idoneos indicat, eos vel ad professionem per vota solennia, vel ad gradus Coadiutorum formatorum spiritualium, si Sacerdotes, vel temporalium, si laici sint, per vota eadem publice emissas, quamuis non solennia, iuxta Constitutiones admittit. Quibus emissis eo ipso nihil omnino proprij amplius, vel domi vel foris habere possunt, fiuntque incapaces cuiusuis hereditariæ successione; nec propter emissas huiusmodi vota publica, aut per mortē ab intestato in illorum, sicuti nec in Professorum bonis, Domus vlla, aut Ecclesia vel Collegium dictæ Societatis succedere potest. Et licet eos, qui post biennium Nouitiatus emensum, dicta

tria

GREG,
XIII.

tria vota simplicia, sicuti ab hac Sede probata sunt, emittentes & extra Nouitiorum, numerum habiti, ac in corpus ipsius Societatis cooptati, illiusque meritorum & priuilegiorum, non secus atque ipsi Professi, ex prædictæ Sedis dispositione participes effecti, quique quantum in eis est, & professionem emitte parati, si ipse Præpositus Generalis id prædictæ Societatis instituto congruere iudicauerit, & in perpetuum Dei seruitio consecrati, ac sua sorte, prout illorum laudabile institutum exigit, contenti: ac denique excommunicationis et alijs apostatarum pœnis subiecti sunt, verè & propriè religiosos esse compertum sit; nonnullorum tamē animos, qui p̄ alioqui & vtilis operarij existunt, sollicitari & affligi interdum contingit, quasi non sint religiosi, eo quod non sint Professi. Nec etiam desint qui religionis prætextu transfigurante se Satana in Angelum lucis, nō solum ea occasione inquieti sunt, sed etiā aliorum pacem & vocationem disturbare, eosque in fraudem & defectionem deducere conantur, vnde grauissima posset hæc Religio, tantopere vtilis & vbique ab omnibus expetita, concipere detrimenta. Nos considerantes diuinæ sapientiæ atque prouidentiæ thesauros, pro temporum necessitate, varia et inter se dissimilia, eademque salubria ordinum instituta

in



GREG.
XIII.

222

Confirmatio

in Ecclesia sua produxisse, & nunc maxime (vt felicissimi toto orbe successus testantur) mirificos in agro Domini fructus hoc peculiari dictæ Societatis instituto proferri. Quare ad submouenda circumstantia huiusmodi pericula, eamque in syncera vocatione sua continendâ, partes nostras adhibendas decreuimus, vt præcis huiusmodi perturbationum causis Religio ipsa, quæ in propagandâ Religionem Christianam, emendandosque in ea mores corde animo, viribusque omnibus sine intermissione instituit, votino munere perfruatur. Motu proprio certa que scientia nostra, & de Apostolica potestatis plenitudine, laudabile huiusmodi institutum ac prædicta ceteraque omnia dictæ Societatis priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta tam à prædictis quàm alijs prædecessoribus nostris, & etiam à nobis concessa; Constitutiones quoque et statuta quæliacunque sint, ea omnia, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, auctoritate Apostolica tenore præsentium, approbamus, & confirmamus; suppletentes omnes iuris & facti defectus, si qui interuenerint in prædictis Constitutionibus & Statutis; ac decernentes ex nunc irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Ad hæc, dictam Societatem firmo declarationis

Instituti
Priuilegio
rum, ac
Constitutionum
confirmatio.

instituti & Constitutionum. 223

nis nostræ præsidio communire volentes, statuimus ac etiam decernimus, non modo eos qui in Coadiutorum formatorum, siue spirituum siue temporalium gradus, & ministeria admittuntur, sed etiam alios omnes & quoscunque, qui in ipsa Societate admissi, biennio probationis à quoque peracto, tria vota prædicta, tametsi simplicia, emiserint, emittentque in futurum; verè & propriè religiosi fuisse & esse, & vbiq; semper & ab omnibus censi & nominari debere, ac si in Professorum prædictorum numerum ascripti fuissent. Præcipimusque & interdiciamus, ne quisquam scrupulum de hoc cuiquam iniicere neue illud in controuersiam, dubium, vel suspitionem ponere audeat quoquo modo. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis; necnò dictæ Societatis iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem vt præsentium transumptis, etiam impressis manu Secretarij dictæ Societatis, vel Notarij publici subscriptis, & sigillo Prepositi Generalis eiusdem Societatis, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem omnino fides habeatur, in iudicio & extra illud, quæ litteris ipsis originalibus haberetur, si essent exhibitæ
vel

GREG.
XIII.
Eos omnes qui biennio nouitatus peracto, tria vota, tamen si simplicia, emiserint, esse vere ac propriè Religiosos

Præcipitur ne quisquam rem hanc in dubium reuocare audeat. Non obstantibus.

Fides habetur trásumptis.



224
GREG.
XIII.

Confirmatio

vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, suppletionis, decretorum, Statuti, praecepti, interdicti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo octuagesimo secundo, Kalendis Februarij. Pontificatus nostri Anno undecimo.

M. Datarius.

Ca. Glorierius.



Constitutio.

225

GREGORII PP. XIII.

CONSTITUTIO

De noua Instituti Societatis
Iesu confirmatione.



GREGORIUS EPISCOPUS

seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



ASCENDENTE Domino, & Salvatore nostro in nauiculam, ecce motus magnus factus est in mari, ipse autem à discipulis rogatus ventis imperauit, & facta est tranquillitas, quã Nos in Petri nauicula collocati, turbinibus excitationis, ab eodem Domino assidujs precibus postulantes, nostram interea operam, & laborem in frangendis procellosis fluctibus impendere non desistimus: cumq; tanti laboris Socios, & validos remiges diuina nobis prouidentia preparauerit, eorum opera in superandis saeuientis pelagi tempestatibus Nos maxime suble-

P

nat,



GRIG. XIII.

uat, qui pro communi fluctuantium animarum salute propria commoda nibili pendunt, seque ad omnia discrimina exponunt. In quo cum aliarum Religionum studia tum Societatis Iesu assiduus pro Christo labor, necnon usque ad finem perseuerantia promptam se ostendit: cumq; prolem catholicę Religionis valde proficuum, & ad omnia pericula pro vniuersali Ecclesia subeunda paratam procreauit, aliam atque aliam à prima non degenerem, præstante gratia Dei, quotidie substituit, vt nobis eorum alumni per multiplices probationum gradus alius prouecti, semper præsto sint; quos in rebus arduis suscipiendis fructuosos operarios asciscamus, eos autem vt firmiorem nobis opem ad prædicta nauare possint, ab omni non modo iniuria, sed etiam calumnia studemus intactos conseruare. Quod vt à nobis efficiatur ipsius Instituta tamquam fundamenta eius præsidij quod catholicę Religionis impendunt immota, atque inconcussa aliorum etiam Romanorum Pontificum exemplo debemus Apostolica auctoritate tueri, quorum fel. rec. Paulus III. & Iulius etiam III. Constitutiones, & laudabile dictę Societatis Institutum confirmarunt: Paulusque idem eam ipsam ab omni quorumcumq; ordinariorum iurisdictione exemptis, quo Instituto per Paulum III. examinato, et à Synodo Tridentina cõmendat

Societatis confirmationes a--lin.

Exemptio.

GRIG. XIII.

Societas medicans declarata.

Societatis finis.

to, Pius V. item prædecessor noster Societatem ipsam ordinem esse medicantem declarauit. Quę omnia non immerito ab eis sunt concessa ob egregias virtutes, & dona Societati ante dictę diuinitus elargita, cuius præcipuus finis catholicę est Religionis defensio ac propagatio, animarumque in christiana vita, & doctrina profectus, gratiæ quoque eius uocationis est proprium diuersa orbis terrarum loca ex Romani Pontificis, seu Præpositi Generalis eiusdem Societatis directione peragere, vitamque in quauis mundi parte agere, ubi saluandarum sua opera animarum copiosior prouentus ad Dei gloriam speretur. Ad quem finem Spiritus sanctus bo. me. Ignatiij Loyolę Societatis ipsius Institutoris, eiusque sociorum excitator, media quoque prædicationum ac cuiuscunque ministerij uerbi Dei doctrinęque Christianę, & spiritualium exercitiorum, aliorum item charitatis operum, & Sacramentorum administrationis, ac præcipue Penitentię, & Eucharistię, horumq; frequentioris usus accommodauit. Ad quę sufficienter, & pro dignitate præstanda, difficultates superandas, periculaq; adeunda, quibus dictę Societatis religiosi in huiusmodi discursionibus, et ministerijs exponuntur, necesse est vt ipsi talia obituri magno virtutis, et deuotionis præsidio munitur, quod illis gratia in primis omnipotētis Dei;

Media.



GR E G.
XIII.
Longa pro-
batio.

Nouitij
biennio
probantur.

Tria sub-
stantialia
vota sim-
plicia.

Scholares
approbati
Coadiuto-
res tempo-
rales.

simulque educatio ipsa, longa item in Societa-
te probatio: necnon regularum, et Constitutio-
num obseruantia prestare noscuntur. Quibus
Constitutionibus, vt tanta ponant rudimenta
virtutis ad quam aluntur, statutū est, vt No-
uitij in Societate biennio probentur, quo ex-
pleto si ipsi perseuerare voluerint, et Societa-
ti fuerit ab eis satisfactum (quoniam Societas
ipsa non solis Nouitijs, & Professis, vt reli-
qui regulares ordines constat) tria substantia-
lia vota simplicia (nisi quis interdum ad pro-
fessionem, vel gradum Coadiutorum forma-
torum admittendus videretur) Paupertatis,
Castitatis, & Obedientiae in eadem Societate
ex Apostolico indulto, ac iuxta vouendi for-
mulam in eisdem Constitutionibus expressam
emittunt, ac secundum illas promittunt se ean-
dem Societatem ingressuros, hoc est ulterio-
rem aliquem illius gradum, prout Praeposito
videbitur Generali. Quibus votis emissis No-
uitij esse desinunt, & in Societatis corpus,
qui litteris operam dederint, vel daturi sunt,
vt Scholares approbati, alij vero vt Coadi-
tores temporales nondum formati cooptan-
tur: ac quantum est ex parte ipsorum perpetuo,
ex parte vero Societatis iuxta Apostoli-
ca indulta & Constitutiones praedictas tandiu
obligati sunt, quandiu Praepositus Generalis
eos in Societate retinendos esse cōsuerit. Quod
ad

GR E G.
XIII.

ad Societatis conseruationem maxime est ne-
cessarium, idque ab illius exordio prouisum, et
post experimento comprobatum est, idque ini-
tio ingressus illis explicite manifestatur, atque
ipsi conditionem banc amplectuntur, quae eis
(si quos dimittere oporteat) multo est com-
modior, vt liberi potius, quam votis obligati
dimittantur, alijsque iustis & rationabilibus
de causis. Coadiutores temporales non forma-
ti, qui non ad studia litterarum, sed ad domesti-
ca munia curanda destinantur, post aliquot an-
nos, quibus Generali Praeposito, & Societati
satis fecerint, per tria item Paupertatis, Casti-
tatis, & Obedientiae vota licet publica, & in-
manibus Superioris emissa, non tamen solem-
nia, sed tum ex Constitutionum praescripto, tum
ex vouentis, & admittentis intentione sim-
plicia existunt, in Coadiutorum temporalium
formatorum gradum admittuntur. Scholares
vero studijs in Societate absolutis, antequam
Professi, vel Coadiutores spirituales formati
siant, non solum tertium adhuc ulterioris pro-
bationis annum, in deuotionis & humilitatis
exercitijs impediunt, vt si qua fortasse in re ha-
rum virtutum seruior per litterarum occupa-
tionem intepuerit, per earundem virtutum fre-
quentiorem exercitationem ardentioreque
Diuini auxilij inuocationem recalescat: sed
etiam in verbi Dei sacrarum, & scholastica-

Coadiuro-
rum tempo-
ralium for-
matorum
tria substā-
tialia vota
publica, &
in manibus
Superioris
sed simpli-
cia.

Tertius
probatio-
nis annus.



REG. XIII.

Qui nam ad professionem quatuor votorum admittendi.

Professurum.

Coadiutores spirituales formati.

rum lectionum, pœnitentięque, & Eucharistię Sacramentorum Societatis ministerijs tandem probantur, quandiu Præposito Generali videatur, nec antequam ipsi Præposito sint plane perspecti, eique in omnibus satisfecerint, ad huiusmodi gradus promouentur. Qui enim ad professionem quatuor votorum admittendi sunt, eos iuxta Constitutiones easdem, et Apostolica decreta & indulta, viros omnino humiles ac prudentes in Christo, & in vitę puritate ac litteris conspicuos, diuturnisque ac diligentissimis experimentis probatos, atque Sacerdotes & in ministerijs huiusmodi prius diu multumque versatos, vocatio hæc requirit, utpote quos ardua maneant ministeria. Quo fit ut non omnes ad eandem professionem idonei esse, nec tales sine longa exercitatione; atque experimento fieri, aut etiam cognosci possint. Quapropter Societatis corpus in sua membra & gradus idem Ignatius diuino instinctu ita duxit disponendum, ut præter eos quos Præpositus Generalis ad professionem quatuor votorum idoneos esse censuerit, & nonnullos, quos interdum ad professionem trium admittere potest, reliqui etiam Sacerdotes quorum vita & doctrina in Societate diu probata esset, ac Præposito Generali perspecta, & de ipsius licentia in Coadiutorum spiritualium formatorum gradum, per tria illa

vota

vota similiter publica, sed simplicia in Superioris manibus emissa admitterentur. Quibus emissis tam hi qui spirituales, quam qui temporales Coadiutores formati fuerint, certum in Societate gradum habent, suntque omnis hereditarię successionis incapaces, nihilque omnino proprii iuxta Constitutiones easdem habere possunt. Nec propter emissã huiusmodi vota publica aut per mortem ab intestato illorum, sicuti nec in Professorum bonis Domus vlla, aut Ecclesia vel Collegium dictę Societatis succedere potest. Qui vero quatuor votorum Professi futuri sunt, si tribus illis solemnibus substantialibus votis quartum similiter solemne addunt speciale Summo Pontifici obedientię circa missiones præstandę ob certiore[m] Spiritus sancti in missionibus ipsis directionem, ac maiorem ipsorum mittendorum Sedi Apostolicę Obedientiã, maioręque deuotionem, humilitatem mortificationem ac voluntati abnegationem. Post emissam vero professionem siue quatuor, siue trium votorum, Professi ad Paupertatis, quę regularis Instituti murus est et propugnaculũ, perfectionem tuendam, omnęq; ambitionis occasionem excludendam, nonnulla alia simplicia vota emittunt; quibus promittunt se nunquam quacũq; ratione acturos vel cõsensuros, ut quę in Constitutionib. Societatis circa paupertatem ordinata sunt immu-

GREG. XIII. Coadiutorum forma totam certus in Societate gradus & paupertas.

Quartum votum solemne.

Alia Vota Simplicia Professorũ. Pœna reueruata.

GREG.
XIII.

tentur nisi quando ex iusta rerum exigentia causa, paupertas magis restringenda videtur, neque præsumptos ne indirecte quidem, vt in aliquam prælationem vel dignitatem intra vel extra Societatem eligantur, nec extra Societatem in sui electionem, quantum in eis fuerit, consensuros, nisi coacti obedientia eius qui id ipsis possit sub pœna peccati præcipere. Itē Societati vel eius Preposito manifestatur, si quæ sciant aliquid huiusmodi moliri. Porro non solum Professores, & Coadiutores formati sed ex alijs, quicumque absoluto probationis biennio prædicta tria substantialia vota etiam simplicia emisissent, si absque expressa licentia à Societate discedant, etiam si prætextu melioris frugis, & transitus ad alium quemcumque ordinem (Carthusiensem dumtaxat excepto) id faciant, apostasia & excommunicationis ex Apostolicæ sedis decreto pœnas incurrunt, à quibus non nisi à Summo Pontifice, vel à Generali Preposito absolui possunt. Iniquè enim cum Societate ipsa ageretur si vis multo labore ad ardua ministeria eruditæ cum religionis catholicæ & huius sedis detrimento priuaretur, præsertim cum Societatis Constitutiones, & Priuilegia quæ supradicta continent, in separata, antequam ad Nouitiorum conuictum admittantur, habitatione eis maturius consideranda tradantur. Biennio Nouitiatu

Qui emissis
votis etiã
simplicib.
sine licentia
discedunt, apostasia, &
excommunicationis
pœnas incurrunt.

GREG.
XIII.

Nouitiatu completo, & emissis votis simplicibus, vna est omnibus omnino viuendi & obediendi ratio: debent enim omnes in omnibus obedire, & in communi viuere: non secus alij atque ipsi Professores et Coadiutores formati idque in Domibus quidem Probationũ, & Collegijs ex redditibus, in Domibus vero Professorum, quæ nullos omnino redditus habere possunt, ex eleemosynis tantum. Et licet qui ad gradus Professorum, & Coadiutorum formarum nondum peruenerunt, bonorum suorum ius atque dominium tum alias ob iustas causas, tum etiam vt maiorem Societas habeat libertatem illos, si opus fuerit, cum minori offensione dimittendi, ad tēpus Generalis Prepositi iudicio præscribendum valeant retinere, vt in pauperes tandem seu alios pios vsus pro ipsorum deuotione distribuant iuxta Euangelicum consilium, ac promissionem quam initio Nouitiatu faciunt, interim tamen quantum ad illorum vsu, religiosam paupertatem seruant, nec vlla re tamquam propria, & sine Superioris facultate vti possunt. Et quantum ad omnes qui post biennium Nouitiatu dicta tria vota simplicia, vt præfertur emisissent, ac in corpus Societatis cooptati, illiusque mentorum, & priuilegiorum, non secus atque ipsi Professores, participes effecti, quique quantum in eis est, & professionem emittere parati, si ipse

Omnibus
vna est viuendi, &
obediendi
ratio.
Domus
Probationum.
Collegia.
Professorum.

Promissio
distribuendi
bona in
pauperes.

Qui expleto
biennio
Nouitiatu
tria substantialia
Societatis
vota simplicia
emisissent
vere & proprie
Religiosi
existunt.



234 De noua.

GREG.
XIII.

se Præpositus Generalis id prædictæ Societatis instituto congruere iudicauerit, & in perpetuum Dei seruitio votis simplicibus consecrati, ac sua sorte prout laudabile Societatis institutum exigit, contenti; verè, & propriè Religiosi existant: & si à Societate deficiant, excommunicationis & alijs Apostatarum pœnis sint subiecti. tamen cum non ita pridem intellexissemus nonnullorum animos, qui p̄ alioqui & vtilis operarij existebant, sollicitari interdum & affligi, quasi non essent religiosi, eo quod non essent Professi: nec etiam deesse qui Religionis prætextu, transfigurante se in Angelum lucis Satana, non solum ea occasione inquieti existerent, sed etiam aliorum pacem & vocationem disturbare, eosque in fraudem et defectionem deducere conarētur, vnde fructuosa hæc Religio grauissima potuisset accipere detrimenta; Idcirco cum diuina prouidentia pro temporum necessitate, varia & salutaria Ordinum instituta, in Ecclesia sua produxerit: nouisque subinde in ea nascentibus hostiū impugnationibus, noua regularium ordinum auxilia excitavit, & cuique illorum, iuxta cuiuslibet peculiaris gratiæ vocationem, peculiare quasdam notas, propria insignia, ac opportuna ad finem quem intendit, media suggererit, & nunc maxime (vt felicissimi

Si a Societate deficiant, excommunicationis & alijs apostatarum pœnis subiacent.

Iustituti confirmatione. 235

GREG.
XIII.

felicissimi toto orbe successus testantur) mirificos in agro Dominico fructus prædicto Societatis Iesu instituto proferat: Quæ Societas (quemadmodum & alia nascentium regularium ordinum exordia) à spiritu contradictionis impugnatur, cumque ipsi Ordines Romanorum Pontificum propterea constitutionibus circummuni consueuerint, cuius rei sanctorum Dominici, & Francisci præclarissimi Ordines exempla abunde suppeditarunt: ita Nos licet aliàs, Institutū prædictum, Priuilegia & Constitutiones ipsius Societatis confirmauerimus & declarauerimus, Motu proprio; statuantes eos, qui biennio Nouitatus peractotria vota, tametsi simplicia emiserunt esse verè, et propriè Religiosos; cum præcepto, ne quis hæc in dubium reuocare audeat, ac cum irritante, & alijs decretis, prout in nostris super hoc confectis litteris plenius continetur. Quia tamen non defuit temeraria quorundam audacia, qui post declarationem, decretum, præceptum, & interdictum nostrum huiusmodi, non solum multa ex prædictis, & fortasse alia ad Societatis institutum, ac viuendi formam spectantia labefactare, sed & ipsa Apostolica decreta, ac præcepta, publice, & ex cathedra, ausu temerario impugnare, mentemque nostrā peruerse interpretari nō erubescunt; disputantes, & prædicta in dubium reuocantes: omniaque

Societatis exordia impugnata, vt & aliorum ordinum.

Alia instituti. Declaratio & Confirmatio refertur.



G. R. E. G.
XIII.
Impugnatio
obiec-
tiones.

niaque ex aliorum regularium ordinum communibus rationibus, formis, ac statutis metientes, Societatis Institutum, peculiare Constitutiones, ac vim votorum simplicium illius, à sede Apostolica, in eadem Societatis Religione probata admissorum penitus ignorantes, ac nonnulla iure antiquo, quae post illud successu temporum huius sedis auctoritate, approbatione, & confirmatione, ac peculiaribus priuilegijs, sancita, & roborata esse dignoscuntur, perperam interpretantes, conuellere nituntur. Quinetiã Nos supradicta, Motu simili, & ex certa scientia de Apostolica potestatis plenitudine decernentes ac præcipientes priuato sensu loquutos fuisse, ac tanquam priuatos doctores errare potuisse, immo vere, & de facto ob falsam supradictorum informationem errasse. Ideoque preceptum nostrum nullam ad obligandum vim habere. Neminem præterea eorum, qui solemnem professionem in dicta Societate non emisissent de illius corpore, aut verè & propriè religiosum esse posse, sed eos mere seculares, ac ordinariarum iurisdictioni subditos existere, nec Societatem ipsam, aut illius superiores, immo nec Nos ius in eos ulli ex vi Votorum huiusmodi habere, vel acquirere, aut superioribus ipsis cõferre posse: Non considerantes voti solemnitatem sola Ecclesie constitutione inuentam esse, triaque huiusmodi

C. Quod votum, de uoto & uoti redemptio-
ne.

G. R. E. G.
XIII.

di Societatis vota tametsi simplicia, vt substantialia Religionis vota ab hac sede fuisse admissa, illaque emittentes in statu Religionis vere constitui; quippe qui per ea ipsa se Societati dedicant, atque actu tradunt, seque diuino seruitio in ea mancipant. In quibus votis nullus præter Romanum Pontificem potest manum apponere: alijsque atque alijs modis Societatem ipsam impetunt vniuersali Ecclesie perutilem, quae diuersis functionibus, & personarum gradibus distributa, à Romanis Pontificibus Presbyterorum, à Tridentina Synodo clericorum Religio appellata; habitu, nomine, plerisque personarum gradibus, votorumque differentijs ab alijs Regularibus ordinibus distinguitur. Quibus etiam adiungunt licere ipsæ non professis, etiam inuitis dictæ Societatis Superioribus ad quosuis alios regulares ordines se transferre. Transgressoresque horum votorum, ac inobedientes, aut etiam uxorem ducentes nullam ipsi Societati iniuriam facere, immo posse Episcopos cum eis dispensare, vt inuitis etiam superioribus eisdem uxorem ducant. Quibus cū glossatores, & obrectatores huiusmodi sua falsa doctrina fauere pergunt; horum votorum naturam, & pœnarum vim, vel non intelligentes, vel eludere conantes, eò sunt progressi, vt etiam vi facultatum quæ literis indulgentiarum Cruciatæ sanctæ nuncupata-

GREG.
XIII.

cupatarum continentur, omnes transfugas & ab ipsa Societate deficientes nō professos, quoties ab ea defecerint, ab excommunicationis latae sententiae pœna à quocunque confessorio absolui posse: nullamque ipsi Societati suis operarijs priuata iniuriam fieri, aut præiudicium generari existiment, sed & votorum substantialium Religionis prædictae, ac decretorum contra eosdem Apostatas sedis huius auctoritate editorum vim, quantum in eis est, enervare contendant. Insuper asserunt non posse vota aliqua in seculo emissa in tria hæc substantialia Societatis commutari, cum tamen; hæc vota sint status, vt præfertur, religiosi adeo utilis, & perfecti, vt illa in hæc possint, hæc vero in aliorū ordinum etiam solemnia vota commutari, sit ab hac sede iustis de causis interdictum. Nec etiam desunt alia quæ in animarum suarum præiudicium Societatis perturbationem, & scandalum plurimorum comminiscantur. Nos vniuersalis Ecclesiae utilitati quam ex inuiolato, & inconcussio dictae Societatis instituto, & religiosa sobolis educatione sentimus, & maiorem in dies speramus, prospicientes: & præterea eiusdem Societatis indemnitati, paci quieti, & incremento consulere volentes, Motu simili, & ex certa scientia nostra, deque Apostolica potestatis plenitudine laudabile ipsius

Societatis
commendatio.

sus Societatis institutum, & quæ illud concernunt præmissa omnia, & singula prædictae illius ac quocunque alia priuilegia, facultates, exemptiones, immunitates, gratias, & indulta, à prædictis prædecessoribus nostris, & à Nobis etiam per communicationem concessas, Constitutiones quoque, ac Statuta, & decreta qualiacunque ac si ad verbum presentibus insererentur pro expressis habentes, tenore presentium approbamus, & confirmamus, suppletentes omnes Iuris, & facti defectus, si qui interuenerint in prædictis Constitutionibus, & Statutis; Ad hæc dictam Societatem firmo sedis huius presidio communi-re volentes, hac nostra perpetua Constitutione, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus statuimus atque decernimus, Tria vota huiusmodi, & si simplicia, ex huius sedis institutione, ac nostra etiam declaratione, & confirmatione esse verè substantialia Religionis vota, ac in dicta Societate tanquam in Religione approbata per sedem eandem admisa fuisse, & esse: ac per Nos admitti, nec in illis à quoquam præter Nos, & sedem huiusmodi dispensari, nec ea vlllo alio modo quam per legitimam dimissionem à Societate cessare posse: & non modo eos, qui in Coadiutorum formatorum, siue spiritualium, siue temporalium gradus, & ministeria, vt præfertur

GREG.
XIII.
Noua instituti ac præmissorum omnium Constitutionumque & Priuilegiorum Societatis confirmatio.

Huiusmodi tria vota, & si simplicia, uere tamen sunt Religionis substantialia vota.



GREG.
XIII.

Huiusmodi
uota & si
simplicia,
emittentes
uere & pro
prie sunt
Religiosi.
Noua ex-
p. 10.

Pœne apo-
statarum in
nouantur.
Absolutio
referatur.

Nouum ma-
trimonij
impedimẽ-
tum diri-
mens.

340

De noua.

fertur, admittuntur; sed & Scholares ip-
sos ac supradictos alios omnes, & quoscum-
que qui in ipsam Societatem admissi biennio
probationis à quolibet eorum peracto tria vo-
ta substantialia prædicta, tametsi simplicia
emiserint, aut emittent in futurum, uerè, &
proprie religiosos fuisse, & esse, ac fore, &
ubique semper & ab omnibus censerì, & no-
minari debere: non secus atque ipsos tum So-
cietatis, tum quorumuis aliorum Regularium
ordinum Professos, suisque Præpositis in om-
nibus, & per omnia obedire, & huic sedi im-
mediate subiectos, et à quorūuis ordinariorū
& delegatorū, seu aliorū Iudicū iurisdictione
omnino exēptos, pro ut Nos etiā vigore præ-
sentium eximimus, denique ut omnium Socie-
tatis privilegiorū iuxta Generalis Præpositi
dispositionē sunt participes, ita quoque ex-
cōmunicationis maioris latæ sententiæ, & alijs
Apostatarū pœnis, si qui à Societate deficiat
subiacere, ac tanquā ueros Apostatas puniri
posse, nec à quoquā, nisi per Nos, & sedē præ-
dictam, aut Generalem præpositum ab eisdem
pœnis absolui; Nec ante huiusmodi absolutio-
nē, & à Societate dimissionē, matrimoniū con-
trahere, quinimmo eos omnes ad contrahendū
inhabiles, ac contractus huiusmodi nullos, &
irritos esse pro ut irritos facimus, & annul-
lamus. Et ut contradicentium audacia coer-
ceatur

Instituti confirmatione. 241

ceatur, præmissas omnes & quasuis alias illis
similes assertiones contra dictæ Societatis in-
stitutum, vel quomodolibet in illius præiudi-
cium pronuntiatas, aut scriptas, falsas omnino
& temerarias esse, & censerì debere. Præci-
pimus igitur in uirtute sanctæ obedientiæ, ac
sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ,
necnon inhabilitatis ad quæuis officia, & be-
neficia secularia, & quorumuis Ordinum re-
gularia, eo ipso absque alia declaratione incur-
rendis, quarum absolutionem nobis, & suc-
cessoribus nostris reseruamus, ne quis cuius-
cunque status, gradus, & præeminentia exi-
stiat, dictæ Societatis institutum, Constitutio-
nes, uel etiam præsentis, aut quemuis earum,
uel supradictorum omnium articulum: uel
aliud quid supradicta concernens quouis di-
sputandi uel etiam ueritatis indagandæ quæsi-
to colore, directe uel indirecte impugnare, uel
eis contradicere audeant; districtius inhibētes
ne quis siue extra, siue intra dictam Societa-
tem, nisi de illius Generalis, aut inferiorum
Præpositorum licentia notationes, declaratio-
nes, glossas, uel scholia ulla super præmissis fa-
cere, uel ea nisi quantum uerba ipsa sonant
interpretari, aut de eis disceptare, seu scrupu-
lum cuiquam iniicere, uel in controuersia aut
dubiū reuocare audeat quoquomodo: nec glos-
sas, aut interpretationes siue impressas, seu scri-
ptas

GREG.
XIII.
Præcipi-
tur sub ex-
communicationis, &
inhabilita-
tis pœnis
eo ipso in-
currentis,
ne quis au-
deat Socie-
tatis Insti-
tutum &c.
impugna-
re.

Nec nisi de
Præposito-
rum licen-
tia inter-
pretari.

Nec in cō-
trouersiam
reuocare.

Q ptas



GREG.
XIII.
Nec glossas legere, docere, alij tradere vel apud se retinere. Sic iudicari debere. Mandatur omnibus Ordinarijs ut presentes litteras obseruari faciant.

ptas ad id pertinentes legere, docere, alijsque tradere, vendere, vel apud se retinere praesumat: si quid vero dubij de eisdem oriri contigerit, ad sedem praedictam vel ad Generalem Praepositum dictae Societatis, aut ad eos quibus id ipse commiserit, referatur. Sicque in praemissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices & Commissarios etiam causarum Palatii Apostolici auditores, ac S.R.E. Cardinales in quavis causa et instatia sublata eis, et eorum cui libet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate: & auctoritate, iudicari, & desiniri debere: necnon irritum, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes vniuersis & singulis Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis & ceteris ecclesiarum & locorum etiam Regularium Praelatis per vniuersum orbem constitutis, vt praesentes litteras in suis quisque Ecclesijs, Prouincijs, Ciuitatibus, diocesis & iurisdictionibus ab omnibus inuiolate obseruari, quicquid Praepositum ac personas Societatis huiusmodi defendant, eosque praemissis omnibus & singulis pacifice frui faciant, et gaudere: non permittentes ipsos per quoscunque quomodolibet molestari, Contradictores per censuras Ecclesiasticas, & alia Iuris & facti remedia opportunam, appellatione postposita, compescendo. Inuocato

GREG.
XIII.
Non obstantibus.

uocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brauij secularis. Non obstantibus recol. memor. Bonifacij Papa VIII. quae incipit. Quod vorum & alijs Apostolicis constitutionibus, ac etiam aliorum ordinum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque Indultis, & litteris Apostolicis quibuscunque huiusmodi ordinibus, vniuersitatibus, locis vel personis per quoscunque Romanos Pontifices predecessores nostros, ac Nos, & sedem praedictam etiam motu proprio & ex certa scientia: ac de Apostolica potestate plenitudine, & cum quibusuis irritatiuis, annullatiuis, cassatiuis, reuocatiuis, modificatiuis, praeseruatuiuis, exceptiuis, declaratiuis, mētis attestatiuis, ac derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque & alijs decretis in genere, vel in specie: ac alias quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus & singulis etiam si in eis caueatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma in illis expressis derogari possit, pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret: tenores huiusmodi praesentibus pro sufficienter

Q 2 cientes



GREG.
XIII.

Præfens cō
cessio non
communi-
catur.

Transum-
ptis habea-
tur fides.

244

De noua.

cienter expressis habentes, illis alias in suo ro-
bore permanens, hac vice duntaxat specialiter,
et expresse derogamus. Contrarijs quibus-
cunque aut si aliquibus communiter vel diuisim
ab eadem sit sede indultum, quod interdicti,
suspendi, vel excommunicari non possint, per
litteras Apostolicas non facientes plenam &
expressam ac de verbo ad verbum de indulto
huiusmodi mentionem. Præsentis autem Con-
stitutionis & gratia communicationem omni-
bus alijs, qui sua privilegia cum ipsa Societate
copiose participant, participare que poterunt
quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibe-
mus. Ceterum volumus, ut præsentium trá-
sumptis etiam impressis manu Secretarij di-
ctæ Societatis vel Notarij publici subscriptis
& sigillo Præpositi Generalis eiusdem Socie-
tatis, vel alterius personæ in dignitate Eccle-
siastica constitutæ munitis, eadem omnino fi-
des habeatur in iudicio, & extra illud, quæ lit-
teris ipsis originalibus haberetur si essent
exhibita vel ostensa. Nulli ergo omnino ho-
minum liceat hanc paginam nostræ approba-
tionis, confirmationis, suppletionis, decretorij
statuti, præcepti, interdicti, derogationis, et vo-
luntatis infringere, vel ei ausu temerario con-
trahere: Si quis autem hoc attentare præsumpse-
rit indignationem omnipotentis Dei, ac Bea-
torum Petri & Pauli Apostolorum eius se
nouerit

Instituti confirmatione. 245

nouerit incursum. Datum Romæ apud San-
ctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ
M. D. L. XXXIII. octauo Kal. Iunij
Anno Pontificatus Nostri tertio decimo.

M. Car. S. Stephani.

Cæ. Glorierius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Casarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini Millesimo quin-
gentesimo Octuagesimo quarto, Indictione
duodecima, Die vero Lunæ decima sexta Mē-
sis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Pa-
tris & D. N. D. Gregorij Diuina prouidentia
Papæ XIII. Anno XIII. Retroscriptæ litte-
ræ Apostolicæ affixæ, lectæ, & publicatæ fue-
runt, & per aliquod temporis spatium dimis-
sæ in Valuis Basilicarum Principis Apostolo-
rum de Vibe, & Sancti Io. Lateranensis: nec-
non Cancellariæ Apostolicæ, & Aciei campi
Floræ, per nos Ioannem Freril & Nicolaum
Tagliettam Sanctissimi D. Nostri Papæ Cur-
sores.



ANTIQUA SOCIETATIS
RERVM, AC PERSONA-
rum exemptio confir-
matur, & noua alia
conceditur.



GREGORIUS PAPA. XIII.
Ad futuram rei memoriam.



ATIS superque dilectos fi-
lios Societatis Iesu alumnos
suscepti, iuxta maiorum suo-
rum instituta pro animarum
salute, et Christi Domini No-
stri nomine, & orthodoxa fide propagandis la-
bores defatigant, quibus subleuandi essent, ne-
dum ad alia opera officij eorum interruptis
distrahendi. Quod ne accideret, neue Obedien-
tia perfectio, quam subditi suis Praepositis pre-
stare debent quicquam imminueretur, nonnul-
li Romani Pontifices praedecessores nostri, di-
ctam Societatem a primaua eius erectione, il-
liusque personas, & bona quacunque a quo-
rumuis

Societatis
operatij no-
distrahendi.
Obedien-
tia perfe-
ctio non im-
minuenda.

rumuis ordinariorū visitatione, iurisdictione,
correctione, et superioritate exemerūt, & sub
sedis Apostolicae protectione susceperunt, vt
illa Romano Pontifici pro tempore existenti
immediate subiecta esse noscatur. Quare Nos
praecipua erga eam animi nostri propensione
dictam exemptionem illi confirmamus, ac in
perpetuum statuimus neminem ex Religiosis,
sub praedictae Societatis obedientia degentem,
a quibusuis, quacunque Ecclesiastica, vel se-
culari dignitate, seu auctoritate fungentibus,
etiam si sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales,
Patriarchae, Archiepiscopi, Episcopi, vel alij
Antistites, & prelati, necnon Synodi, Commu-
nitates, & capitula quacunque, aut officij ha-
reticae prauitatis Inquisitores, ac Commissarij
vel Iudices, tam ipsius officij, quocunque illi
nomine censeantur, quam alij Ordinarij, vel de-
legati vel etiam Imperator, Reges, & alij se-
culares Principes, ad quoduis munus, officium,
vel exercitium obeundum, etiam praetextu
quod alij inibi non inueniantur, a quibus adiu-
uari possint absque expresso sui Superioris con-
sensu ac etiam mandato destinari, adigi vel co-
gi posse. Decernentes irritum, & inane quid-
quid secus super his per praedictos & alios
quoscunque quauis auctoritate scienter vel
ignoranter contigerit attentari. Non obstanti-
bus Apostolicis, ac in Prouincialibus, & Syno-
dalibus

GREG.
XIII.
Romani
Pontifices
Societatem
exemerūt.
Confirma-
tio exem-
ptionis, ac
noua con-
cessio.

Non obsta-
tibus.



GREG.
XIII.

248

Societatis.

dalibus Concilij editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, etiã de examinadoribus deputandis, vel etiam deputatis, seu approbatis, necnon privilegijs, indultis, & litteris Apostolicis supradictis omnibus, ac quibusvis alijs, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis: necnō irritantibus, & alijs decretis in genere, & in specie, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omissis, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrarijs quibuscunque. Presentis autem gratiæ communicationem omnibus alijs, etiam, qui sua privilegia cum ipsa Societate copiose participant, participareque poterunt, quomodolibet in futurum fieri omnino prohibemus. Ceterum quia difficile esset nimis easdem presentes quocunque illis opus erit, deferri; volumus, ut ipsorum transumptis etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo persone in digni-

Communi-
catio prohi-
betur.

Transum-
ptis fides
habeatur.

Nova exemptio.

249

GREG.
XIII.

dignitate Ecclesiastica constituta seu etiam dictæ Societatis Præpositi Generalis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die X. Septembris,
Millesimo quingentesimo octuagesimo quarto Pontificatus
nostri Anno tertio-
decimo.

Ca. Glorierius.





NULLI DE SOCIETATE
LICET AD CARTHUSIAM
secundò transire, nisi de li-
centia Præpositi Ge-
neralis.



Dilecto filio Claudio Aquaviva
Præposito Generali Socie-
tatis Iesu.

GREGORIVS PAPA XIII.

Priilegia
Pij IIII.

DILECTE fili salutem &
Apostolicam benedictionem.
Exponi nobis nuper fecisti
quod aliàs postquam se. re.
Pius Papa IIII. prædeces-
sor noster statuisset, ac prece-
pisset, ne ulli ex Societatis Iesu Religiosis post
emissa vota secundum illius Constitutiones, si-
ue Professus, siue Scholaris, siue Coadiutor il-
le foret ab eadem Societate exire, aut recede-
re,

re, nec ad quemuis alium etiam Mendicantiũ
Ordinem (Carthusiensium ordine dumtaxat
excepto) absque expressa sui Superioris li-
centia ad id ab eo specialiter obtenta, se trans-
ferre, vel etiam per superiores Ordinum hu-
iusmodi eorum quempiam admitti liceret sub
pœna excommunicationis, tam per recipiẽtes
quam per ipsos receptos, aut recedentes, ipso
facto incurrenda. Quodque nihilominus secus
facta non tenerent, & nullius existerent effi-
cacię, vel momenti; & insuper, vt qui pro tẽ-
pore ab ipsa Societate ad præfatum Carthu-
siensium, vel de superioris licentia ad alium
Ordinem transire vellent, ad Carthusiensium
videlicet intra tres menses, à die quo ab ipsa
Societate recessissent, ad alium vero ordinẽ in-
fra tempus eis à dicto Superiore præfigendum
accedere, & actualiter ingredi, vbi si perma-
nere nollent aut non possent, absque vlla mo-
ra ad dictam Societatem regredi sub præfata
excommunicationis late sententię pœna tene-
rentur; quam tam ipsi Religiosi, quam illos re-
cipientes, vel eis auxilium, consilium, vel fa-
uorem præstantes etiam incurrerent. Successi-
ue pię me. Pius Papa V. etiam prædecessor no-
ster Præposito Generali pro tempore existenti
eiusdem Societatis vnię vocis oraculo conces-
sit, vt si quis ex dicta Societate ad Carthusiẽ.
ordinem, iuxta Pij IIII. indultum huiusmodi
transire

Et Pij V.


GREG.
XIII.Confirma-
tio & noua
cōcessio.Qui secus
fecerint ex
communi-
cantur,Communi-
catio pro-
hibetur.

transire vellet, si vel non ingrederetur, vel nō
admitteretur, vel non perseueraret, ad ean-
dem Societatem redire teneretur: nec ei am-
plius ab ipsa Societate ad eundem Carthu-
sien ordinem absque ipsius Prepositi Genera-
lis licentia transire liceret, Veruntamen cum
posterioris Pij V. facultatis vsus eidem Præ-
posito difficilior interdum reddatur, quod litte-
rarum Apostolicarum præsidio fretus non sit;
ideo tuis in hac parte supplicationibus incli-
natis, concessionem, & facultatem huiusmodi
tibi, & pro tempore existenti Preposito Ge-
nerali prædicto tenore præsentium confirma-
mus, eaque omnia, sicut supradicta sunt, vobis
concedimus, eamque etiam quoad præterita
valere decernimus, ac si litteræ Apostolicæ
super concessione Pij V. prædecessoris huius-
modi tunc confectæ fuissent. Qui secus fecerit
in excommunicationis, & alias Apostatarum
censuras & penas eo ipso incurrat, à quibus
non nisi à nobis, vel à Romano Pontifice pro
tempore existente, vel à dictæ Societatis Ge-
nerali Preposito absolutionem valeat obtine-
re: non obstantibus Constitutionibus & ordi-
nationibus Apostolicis, caterisque contrarijs
quibuscunque. Præsentis autem gratiæ com-
municationem omnibus alijs etiam, qui sua pri-
uilegia cum ipsa Societate copiose participant
participareque poterunt quomodolibet in fu-
turum

GREG.
XIII.
Transum-
ptus fides
habeatur.

turum fieri omnino prohibemus. Volumus in-
super vt præsentium transumptis etiam im-
pressis manu Secretarij dictæ Societatis, vel
Notarij publici subscriptis, & sigillo Præpo-
siti Generalis eiusdem Societatis, vel alterius
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ
munitis, eadem omnino fides habeatur, in iudi-
cio, & extra illud, quæ litteris ipsis originali-
bus haberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.
Datum Romæ apud sanctum Marcum sub an-
nulo Piscatoris Die X I I I . Octob.
Millesimo quingentesimo octua-
gesimo quarto.

Ca. Glorierius.





FACULTATEM
PRÆDICANDI OLIM
concessam fuisse ijs etiam de
Societate qui nondum ad
sacros Ordines promo-
ti essent, declaratur:
eademque
de nouo concediur.



Dilectis filijs Præposito, & Religiosis
Societatis Iesu.

GREGORIVS PAPA XIII.

Prædican-
di facultas
à Paulo III
concessa.

DILECTI filij salutem &
Apostolicam benedictionem.
Vigore privilegij vestrae So-
cietati à se. re. Paulo Papa
III. prædecessore nostro cõ-
cessi, vt vestrum quisque idoneus, & à Præpo-
sito pro tempore existente eiusdem Societatis
deputatus, verbum Dei publice prædicare, &
qui ex vobis Presbyteri fuerint quorumcũ-
que

que vtriusque sexus Christifidelium confes-
siones audire possint, ex illo cõcessionis huius-
modi tempore, etiam Scholares, & alij Reli-
giosi vestri sacris Ordinibus nondum initiati,
aliàs tamen idonei ad prædicandum verbum
Dei passim, & vbique mittuntur. Verum quia
nonnullis dubitatio curiosus incessit, an dictũ
priuilegium prædicandi etiam eos comprehen-
dat, qui ad Ordines ipsos nondum ascenderunt.
Nos quemcunque hoc scrupulo eximere volẽ-
tes, præsentium auctoritate declaramus, ac
etiam decernimus vestrum vnicique etiam
ad sacros Ordines prædictos non promoti, præ-
dicationis munus in vim priuilegij huiusmodi
exercere potuisse, & posse. Vobis insuper con-
cedentes, vt etiam clerici vestri prima tantũ
tonsura insigniti, prout hucusque fecerunt,
valeant deinceps ipsum Dei verbum vbique
populo prædicare; districtius inhibentes vni-
uersis, & singulis locorum Ordinarijs, &
quibusuis alijs quacunque dignitate, & au-
toritate fungentibus, ne quemquam ve-
strum quouis prætextu præmissorum occa-
sione impedire, vel molestare audeant quo-
quo modo. Non obstantibus Apostolicis,
ac in generalibus, & Prouincialibus Con-
cilijs editis Generalibus, vel specialibus
Constitutionibus, & ordinationibus, cæ-
terisque contrariis quibuscunque. Volu-
mus

GREGO-
XIII.

Declara-
tur conces-
sam olim
fuisse facul-
tatem.

Ad prædi-
candum no-
ua conces-
sio.



256

Noua facultás .

GREG.
XIII.
Tran-
sum-
ptis adhi-
beatur si-
des.

mus autem vt presentium transumptis etiam impressis, manu Notary publici; seu Secretarij Societatis subscriptis & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu etiam di-
ctæ Societatis Præpositi Generalis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Pi-
scatoris Die XX. Nouembris, Mille-
simo quingentesimo octuagesimo
quarto. Pontificatus Nostri
Anno tertiodecimo.

Io. Baptistæ Canobius.



Congregationis.

257

**ERECTIO PRIMARIÆ
CONGREGATIONIS IN
Ecclesia Annunciata Collegij Ro-
mani Societatis IESU, cum In-
dulgentijs. Et cum facultate
aggregandi quasuis alias
Congregationes simi-
les pro Generali
Præposito.**



GREGORIVS EPISCOPVS
seruus seruorum Dei, Ad per-
petuam rei memoriam.



OMNIPOTENTIS Dei
Saluatoris Nostri, qui ex pie-
tatis sue superabundantia, fi-
delium mentibus celestis in-
spirationis gratiam, & deu-
tionis ardorē, ad Diuine Ma-
iestatis obsequia, & piorum operum exercitia
salubriter peragenda, continuo infundit, exem-
plo adducti, in eam Pastoralis officij curam co-
R gitatio-

GREG.
XIII.Primordia
Congre-
gationis
audiosora.Aliorum
concurfus.

gitationemque sedulo incumbimus, per quam ipsorum fidelium fructuosis huiusmodi operibus, & exercitijs vacantium, religio, & deuotio continuum suscipiat incrementum; eisque potius salus proueniat animarum. Alias si quidem per Nos accepto quod plerique probi, & pijs adolescentes bonarum litterarum studijs in Collegio nostro Societatis Iesu de Vrbe insistentes, singulari erga Beatissimam Mariam Virginem Dei Genitricem affectu ducti, ac etiam Lectorum, & Magistrorum suorum spiritualibus cohortationibus ad id accensi, Ecclesiam Annuntiationis eiusdem Beate Mariæ in corpore edificiorum dicti Collegij consistentem; certis statutis diebus, & horis frequentare, et cum eximia deuotionis sinceritate, cordisque contritione, conscientiam suam per Confessionis, & Sanctissimæ Eucharistiæ ministerium expurgare, ac Diuinis officijs, colloquijs, & exhortationibus spiritualibus, alijsque pijs, & salutaribus operibus vacare soliti erant, factoque inde ad illorum exemplum maiore aliorum concursu, mutuis studijs se inuicem consociauerant. Nos ut pium hoc institutum per amplius coalesceret, eisdem, & alijs Christi fidelibus huiusmodi spiritualibus operibus, & exercitijs pro tempore additis, nonnullas Indulgentias, & peccatorum suorum remissiones concessimus; prout in nostris

GREG.
XIII.

stris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte Dilecti Filij Praepositi Generalis dictæ Societatis petitio continebat, in diuersis Mundi partibus, & presertim insignioribus Europæ Ciuitatibus, eiusdem Societatis Collegia ad Iuuentutem bonis moribus, & virtutibus ornandam, ac vera pietate, Sacraque doctrina imbuendam, propagare illorumque externi Scholares ibidem studiorum causa confluentes, optima deuotionis, & piorum operum huiusmodi exercitia feruenti studio imitari; et exinde multiplices fructus ad Dei Gloriam ipsiusque Diuini Nominis cultum, ac Beate Mariæ Virginis honorem, necnon publicam salutem, & spiritualem consolationem prouenire ceperint, & opere precium sit, ut quemadmodum piarum, & fructuosarum exercitationum huiusmodi institutum à Scholaribus dicti Collegij de Vrbe, quod nostris auspicijs, & impensis magnifico edificiorum, & structurarum opere à fundamentis innouatur, & extruitur primordium suum in dicta Ecclesia Annuntiationis Beate Mariæ habuit; ita quoque inibi eorundem Scholarium primaria Congregatio: seu primarium Sodalitium, sub titulo eiusdem Annuntiationis Beate Mariæ ad laudabile eorum in pijs operibus, & officijs huiusmodi studium nostris beneficijs & Indulgentiarum



GREG.
XIII.

260

Erectio primariæ

tiarum præmijs, conservandum ac augendum, stabiliat, & instituat, pro parte ipsius Præpositi nobis fuit humiliter supplicatum, ut præmissis annuere, & desuper opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur religiosum ipsorum Scholarium, & in his spiritualibus exercitijs studium, piæ voluntatis affectu prosequi volentes, ipsumque Præpositum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; Necnon litterarum prædictarum tenores præsentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati in eadem Ecclesia, unam seu unum, externorum Scholarium dicti Collegij nostri, ac etiam aliorum Christianidelium Societati prædictæ devotorum primariam Congregationem, seu primum Sodalitium sub titulo Annuntiationis Beatæ Mariæ huiusmodi, quæ, seu quod per prædictum, & pro tempore existentem Præpositum Generalem dictæ Societatis, seu illo defuncto, donec alius ad officium Præpositi Generalis huiusmodi canonicè assumatur, per Vicarium etiam Generalem eiusdem Societatis dirigi debeat,

Primariæ
Congregationis
institutio.

Congregationis.

261

GREG.
XIII.

beat, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo, sine tamen ipsius Societatis præiudicio, erigimus, & instituimus. Ut autem primaria Congregatio, seu primum Sodalitium huiusmodi per gratiarum, & munerum celestium largitionem devotionis, ac pietatis ingiter proficiat incrementis; De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi omnibus, & singulis Christianidelibus vere penitentibus, & confessis, qui deinceps in Sodales eiusdem primariæ Congregationis, seu primarij Sodalitij recipientur; tam die receptionis eorum, si Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum in prædicta Ecclesia, aut ubicumque potuerint eo die sumpsierint, quam in mortis articulo, nec non ipsis, ac omnibus & singulis alijs utriusque sexus Christianidelibus etiam vere penitentibus, & confessis, sacraque communione refectis, qui Ecclesiam prædictam die festivitatis eiusdem Annuntiationis Beatæ Mariæ à primis vespere usque ad occasum solis ipsius Festivitatis devote visitaverint, & inibi pro Republica Christiana conservatione & augmento, hæresum extirpatione, Principumque Christianorum mutua, & uniuersali pace, ac nostra & pro tempore existentis Romani Pontificis prosperitate, vel alias preces, prout unicuique suggeret deuotio, ad Deum

Indulgentia plenaria pro sodalibus in ingressu & in mortis articulo.

Plenaria pro omnibus in die Annuntiationis.

R 3 devote



GREG. XIII. Plenaria pro Sodalibus quin quies in anno.

Indulgentias unius anni toties quoties pro Sodalibus, qui Corpora defunctorum associauerint.

Vel si impediti pro eis aut pro infirmis orauerint.

Congregationibus. Diuinis officijs. Exhortationibus inter fuerint.

Missæ Sacrificio dieb. feriatis.

deuote effuderint. Insuper eisdem Sodalibus similiter verè penitentibus, & confessis qui in Natiuitatis & Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi, ac Annuntiationis, Assumptionis, & Conceptionis: necnon Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis Festis diebus, prædictum Sanctissimum Sacramentum ibidem, vel alibi acceperint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem Apostolica auctoritate, & tenore presentium misericorditer in Domino concedimus, & elargimur; ipsisque Sodalibus, qui de eorum numero existentium, vel aliorum Christianifidelium defunctorum corpora ad sepulturam Ecclesiasticam associauerint, aut infirmi vel impediti, audito signo campanæ, genuflexi, si per infirmitatem licebit, orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, pro salute animæ defuncti, vel corporis infirmi recitauerint; necnon qui Congregationibus tam publicis, quam presentiatibus, ac Diuinis officijs, spiritualibusque colloquijs exhortationibus & alijs pijs officijs, etiam in Sodalibus, seu aliorum Christianifidelium defunctorum suffragium per primariam Congregationem, seu primarium Sodalitium ordinandis, & ab ipso Præposito, seu Vicario Generali approbandis, quique diebus feriatis Missæ Sacrificio interfuerint, aut Vespertino tempore antequam current,

ben, conscientiam suam diligenter examinauerint, seu pauperes infirmos tam Sodales, quam alios in Hospitalibus, vel priuatis Domibus, necnon carceratos visitauerint, aut pacem inter inimicos conciliauerint, quoties horum quoduis fecerint, unum annum de eis iniunctis, vel alias quomodolibet debitis penitentijs Apostolica auctoritate, & tenore similibus etiam misericorditer in Domino relaxamus; quasunque alias presentibus non expressas Indulgentias, & peccatorum remissiones, etiam plenarias, & relaxationes, Scholaribus & alijs prædictis, ratione dicti eorum Instituti, vel alias in communi per Nos, & Sedem Apostolicam quomodolibet, concessas, reuocando, & abrogando. Insuper ne præfati Sodales, si aliquando eos ab ipsa Vrbe abesse vel alibi commorari contingat, huiusmodi Indulgentiarum, & aliarum gratiarum spiritualium effectu, & fructu frustrati remaneant, eisdem Sodalibus extra Urbem vbiuis locorum pro tempore commorantibus, vt in locis vbi eos pro tempore residere, seu morari contigerit, opera prædicta, quæ ipsi Sodales in Vrbe presentes pro singularum Indulgentiarum remissionum, & relaxationum huiusmodi consequitione obseruare deberent, apud Ecclesias eorundem locorum aut alibi prout poterunt obseruando, &

GREG. XIII. Conscientiam examinauerint. Infirmos, uel in carceratos uisitauerint. Alia indulgentiarum concessiones reuocantur.

Sodales ubi uis locorum possunt conueniunt qui prædictas indulgentias.

G R E G.
XIII.

Indulgentias Stationum Urbis nistrantibus. Ecclesiam Societatis ubi adfit uel aliam quamcunque.

Facultas conceditur Generali Præposito quascunque alias Congregationes in Collegiis extra urbem erigendi, et aggregandi.

exequendo, omnes easdem Indulgentias remissiones, & relaxationes habeant, & illæ eis pariter suffragentur, necnon tam in Vrbe præsentibus quam alibi ubiuis locorum commorantes, Sodales primariæ Congregationis, seu primarij Sodalitij huiusmodi, qui singulis quadragesimalibus, & alijs anni temporibus, ac diebus Stationum Ecclesiarum dictæ Urbis, & extra illius muros, quæ à Christi fidelibus pro consequendis Indulgentijs, & remissionibus visitari solent, dictæ Societatis, si ibi fuerit, alioquin aliam Ecclesiam, seu Capellam in locis ubi eos pro tempore residere, seu morari contigerit, ut præfertur deuote visitauerint, & ibi septies Orationem Dominicam, & septies Salutationem Angelicam recitauerint, tot, & easdem Indulgentias consequantur, quas consequerentur, si iisdem temporibus & diebus singulas Ecclesias dictæ Urbis, & extra illius muros huiusmodi pro iisdem Stationibus & Indulgentijs consequendis deputatas personaliter visitarent, ac omnia, & singula, quæ pro huiusmodi gratiarum consequitione quomodolibet requiruntur plene adimplerent. Præterea eidem Præposito, seu Vicario Generali, pro tempore existenti, ut in quibusuis alijs dictæ Societatis Collegijs extra Urbem prædictam, per vniuersum Orbem, nunc & pro tempore erectis, seu eorum Ecclesijs pro eorundem

G R E G.
XIII.

rundem piorum operum incremento, quascunque alias, seu quacunque alia Scholarium ibidem litterarum studijs insistentium, & aliorum Christi fidelium ipsi Societati deuotorum Cōgregationes, seu Sodalitia sub eo titulo Annuntiationis Beatæ Mariæ, quæ ab ipsa primariæ Congregatione, seu primario Sodalitio tanquam membra à capite dependeant, auctoritate nostra, sine tamen Societatis, aut Collegiorum, & Ecclesiarum huiusmodi præiudicio erigere, & instituere, illasque, seu illa eidem primariæ Congregationi, seu primario Sodalitio aggregare, ac eis sic erectis, institutis, & aggregatis eorumque Sodalibus prædictas, ac omnes, & quascunque alias Indulgentias, peccatorum remissiones, relaxationes, gratias, & facultates tam spirituales, quam temporales, à Nobis, dictæque Sede primariæ Congregationi, seu primario Sodalitio de cetero concedendas, ita ut Sodales aliarum Congregationum, seu aliorum Sodalitiorum huiusmodi obseruantes, & exequentes ea, quæ ipsius primariæ Congregationis, seu primarij Sodalitij Sodales pro indulgentijs remissionibus, et relaxationibus huiusmodi consequendis, obseruare, & exequi debent, easdem Indulgentias, peccatorum remissiones, & relaxationes pariter consequantur, facultate aggregandi, & gratias huiusmodi alijs concedendi duntaxat excepta

Aggregatis quouis Primariæ indulta, & indulgentias concedendi.



GR. EG.
XIII.

Congrega-
tiones uis
tandi.
Statuta cõ
dendi.

Examina-
di approba
di.

Præsent
litteras nõ
comprehē
di sub qui
busuis alijs
etiam Cru
ciatæ fan
ctæ. C. nces
fionum re
uocationi
bus.

excepta communicare. Necnon tam Primariam, seu Primarium. quam omnes, & singulas ei aggregandas Congregationes, seu omnia, & singula ei aggreganda Sodalitia huiusmodi per se, vel alium, seu alios eiusdem Societatis Presbyteros idoneos ad id ab eo deputandos visitare, & pro earum felici statu regimine, et directione, quæcunque Statuta, constitutiones, & decreta, licita tamen; & honesta, sacrisque Canonibus, & Concilij Tridentini decretis non contraria: necnon ab ipso Præposito, seu Vicario, si per alium, vel alios deputandos huiusmodi fiant, examinanda, & approbanda edere; ac postquam edita fuerint, quoties pro eorum & temporum qualitate, aut alias expediens ei videbitur immutare, corrigere moderari, & reformare, aut alia ex integro condere liberè & licitè valeat, eisdem auctoritate Apostolica, & tenore, perpetuò concedimus, & indulgemus: decernentes statuta, constitutiones, & decreta huiusmodi, postquam edita, immutata, correctæ, moderata, reformata & condita fuerint, ab omnibus Sodalibus prædictis inuiolabiliter obseruari debere, ac præsentis litteras sub quibuscunque similium vel dissimilium Indulgentiarum, & aliarum gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus, etiam in fauorem Basilicæ

Princi-

GR. EG.
XIII.

Principis Apostolorum de Vrbe, seu Cruciatæ Sanctæ, aut alias per Nos, vel alios Romanos Pontifices successores nostros, aut dictam Sedem, etiam Motu proprio, & ex certa scientia Apostolicæ potestatis plenitudine, seu ad quorumuis etiam Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore quomodolibet factis minime comprehendendi, sed semper ab illis exceptas & quoties illæ emanabunt, toties in præstimum statum restitutas, repositas & plenariè reintegratas, ac de nouo concessas esse, & censerì: Necnon omnibus, quos illæ concernunt suffragari debere, Irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, & nostra de Indulgentijs, ad instar non concedendis, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque, presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem vt earundem presentium transumptis etiam impressis Secretarij ipsius Societatis, vel Notarij publici manu, & personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel pro tempore existentis Præpositi, aut Vicarij Generalis eiusdem Societatis sigillo munitis eadem prorsus fides, vbique locorum in Iudicio,

Non obsta
tibus.

Transum
ptis habca
tur fides.

ORFG.
XIII.

dicio, & extra adhibeatur, quæ adhiberetur
eisdem presentibus, si essent exhibitæ, vel
ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ absolutionis, erectionis,
institutionis, concessionis, largitionis, relaxa-
tionis, indulti, decreti, & voluntatis infringere,
vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attentare presumpserit indignationem
Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno
Incarnationis Dominicæ, Millesimo
quingentesimo octuagesimo quar-
to, Nonis Decembris. Ponti-
ficatus Nostri Anno
Tertiodecimo.

Pro Reuer. D. Summatore

A. Iustus.

Io. Baptista Canobius.

A. de Alexijs.

Registrata apud Io. Baptistam Secretarium.

E X T E N D I T V R
F A C U L T A S E R I G E N D I

Scholarium Congregationes in Collegijs,
primariæq; Romanæ aggregandi, Ac In-
dulgencias eis communicandi, Ge-
nerali Societatis Iesu Præposito
aliàs concessa, ad alias nō
Scholarium, etiam
in Dombus eri-
gendas Congre-
gationes.



S I X T V S E P I S C O P V S
seruus seruorum Dei, Ad per-
petuam rei memoriam.



V P E R N A dispositione,
cuius inscrutabili providen-
tia ordinationem suscipiunt
vniuersa, in supremienti
Apostolica dignitatis specu-
la, meritis licet imparibus,
constituti, & pia & salubria Christi fidelium
vota, quæ ad confraternitatum, seu soda-
ritatum præsertim in hac vrbe nostra rite institu-
tarum laudem & gloriam cum animarum sa-
lute



Concessio.
GREG.
XIII.

270

Extenditur

lute tendere dignoscuntur, libenter exaudimus ipsasque Confraternitates, seu Sodalitates con dignis titulis extollimus, ac alias desuper disponimus, prout in Domino conspicimus eisdem Christifidelibus salubriter expedire. Alias siquidem pro parte dilecti filij Claudij Aquani uæ Præpositi Generalis Societatis IESV felicis recordat. Gregorio PP. XIIII. prædecessori nostro exposito, externos Scholares ad Collegia eiusdem Societatis in diuersis mundi partibus instituta studiorum causa confluentes pia quædam & laudabilia Scholarium Collegij prædictæ Societatis de Vrbe exercitia feruenti studio incitari, exindeque dictis Collegijs maiorem in dies propagationem accipientibus, multiplices fructus ad Dei gloriam, ac eius diuini nominis cultum, & Beatæ Mariæ Virginis honorem, publicam salutem, & animarum spiritualem consolationem prouenire capisse, idem prædecessor ad laudabile eorundem Scholarium in pijs operibus et officijs, huiusmodi studium conseruandum atque augendum, dicti Claudij Præpositi supplicationibus inclinatus, in Ecclesia Annuntiationis eiusdæ Beatæ Mariæ sita in corpore edificiorum dicti Collegij Vrbe, in qua ab eiusdæ Collegij Scholaribus, sub illius Rectoris, & aliorum dictæ Societatis Religiosorum directione instructis, sam piarum, et fructuosarum exercitationum institutu-

facultas erigendi.

271

institutum primordium suum habuerat, vnam seu vnum externorum Scholarium dicti Collegij, ac cum eis simul etiam aliorum Christifidelium Societati prædictæ deuotorum Primariam Congregationem, seu Primarium Sodalitium sub titulo eiusdem Annuntiationis Beatæ Mariæ per dictum Claudium tunc, & pro tempore existentem Præpositum Generalem, vel eo absente, aut esse desinente, donec nouus succederet, Vicarium etiam Generalem dictæ Societatis dirigendam, seu dirigendum, sine tamen ipsius Societatis præiudicio, Apostolica auctoritate perpetuo erexit, & instituit, pluresque indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remissiones Scholaribus & Christifidelibus prædictis concessit: ac Præposito, seu Vicario prædicto, vt in quibusuis alijs dictæ Societatis Collegijs extra dictam urbem per vniuersum orbem tunc & pro tempore erectis, & erigendis, siue eorum Ecclesijs pro dictorum piorum operum incremento, & animarum salute, quasunque alias, siue alia Scholarium inibi bonarum litterarum studio insistentium, ac simul cum eis etiam aliorum Christifidelium (vt præfertur) deuotorum, Congregationes siue Sodalitia sub eodem titulo in singulis scilicet Collegijs singulas, seu singula quæ à Primaria Congregatione,

SIXT
V.

Primariæ
Congrega-
tionis per
Greg. cre-
atio.

Indulgen-
tiarum con-
cessio.

Facultas
Congrega-
tionis alias
erigendi,
ac Prima-
riæ aggregandi.

SIXTI
V.Primaria
Indulgen-
tias aggre-
gatis Con-
gregationi-
bus com-
municandi.

tionem seu Primario Sodalitio predicto, tanquam membra à capite suo dependerent, erigere & instituere illasque seu illa eidem Primarie Congregationi, seu primario Sodalitio aggregare, illisque sic erectis & aggregatis, eorumque Sodalibus predictas, & quascunque alias indulgentias: & peccatorum remissiones, relaxationes, gratias, & facultates ab eodem predecessore & Sede Apostolica ipsi Primarie Congregationi, seu Primario Sodalitio eatenus concessas, & de cetero concedendas communicare, & alia facere posset, itidem etiam perpetuo concessit & indulxit, sub certis modo et forma tunc expressis, prout in litteris ipsius predecessoris desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Claudij Prepositi petitio continebat, ex Congregationibus seu Sodalitijs huiusmodi noui in dies, atque eo maiores, quo plures sunt Sodales, fructus provenire noscantur, & in multis Collegijs pro Sodalium frequentia, ac disparitate, opus fuerit, non vniam tantum, sed plures in eodem Collegio Congregationes huiusmodi instituere, quin etiam in eisdem Collegijs, ac etiam domibus dictæ Societatis, alia non studiosorum Scholarium, sed aliorum piorum Christianifidelium Sodalitia seu Congregationes passim instituantur. Et igitur tam Scholares, quam ceteri Christianifideles eo prom-
p-
tiores

SIXTI
V.

ptiores ad huiusmodi Congregationes vel Sodalitia ingredienda reddantur, & ad piorum operum exercitia magis excitentur, ac excitati manu teneantur, quo amplioribus celestis gratiæ donis, se ac eorū Congregationes seu Sodalitia decoratos ac refectos, ac decorata, & refecta esse conspexerint, pro parte dicti Claudij Prepositi nobis fuit humiliter supplicatum quatenus sibi, ac pro tempore existenti predictæ Societatis Preposito, seu Vicario generali, ut in quibusuis dictæ Societatis Ecclesiis seu Domibus ac Collegijs, tam in vrbe quàm extra eam per vniuersum orbem, nunc & pro tempore erectis, seu erigendis, quascunque alias, siue Scholarium tantum, siue aliorum Christianifidelium tantum, siue vtrorumque simul, tam sub eodem Beatæ Mariæ Annunciatæ, quam alio quouis titulo et inuocatione congregationes seu Sodalitia dicta auctoritate perpetuo erigendi, & instituendi facultatem & licentiam concedere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur. NOS igitur qui dudum inter alia volumus, quod litteræ super indulgentijs non expedirentur ad instar, nisi specificarentur, ac animarum salutem nostris potissimum temporibus sinceris desideramus affectibus, Claudium Prepositum, seu Vicarium predictum, ac eorum quemlibet à quibusuis excommunica-

Petitio.

S
tionis,



SIXTI
V.

Præceden-
tis facul-
tis exten-
sio ad plu-
res etiam
non scho-
larium Cō-
gregatio-
nes in qui-
busvis So-
cietatibus
erigendi
dam.

Aggregan-
dam.

tionis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ec-
clesiasticis sententijs, censuris, & penis à iure,
vel ab homine quavis occasione vel causa la-
tis, si quibus quomodolibet inmodatus existit,
ad effectum præsentium dumtaxat consequen-
dum harum serie absolventes, & absolutum
fore censentes, posterioribus supplicationibus
hac in parte nobis porrectis inclinati, eidem
Claudio, & pro tempore existenti dictæ Socie-
tatis Preposito seu Vicario generali, ut in qui-
busvis eiusdem Societatis Ecclesijs seu domi-
bus, ac Collegijs, tam in dicta vrbe, quam ex-
tra eam, per vniuersum orbem, nunc & pro
tempore erectis, seu erigendis, & instituendis,
quasuis alias, siue Scholarium tantum, siue alio-
rum Christianifidelium tantum, siue vtrorumque
simul, tam sub eodem Beatæ Mariæ Annun-
ciatæ, quam alio quouis titulo & inuocatio-
ne, Congregationes seu Sodalitia; vnum scili-
cet vel plura in singulis locis, vel Ecclesijs
pro personarum frequentia, seu qualitate, au-
thoritate nostra sine alicuius præiudicio, per-
petuò erigere & instituere: necnon Congrega-
tiones, seu Sodalitia huiusmodi iam nunc, &
pro tempore erecta et instituta eidem Prima-
ria Congregationi seu Primario Sodalitio,
auctoritate Apostolica, & vigore presentium
litterarum etiam perpetuò aggregare, eisque
sic erectis, institutis, & aggregatis respectiue
eorum-

SIXTI
V.

eorumque Sodalibus Scholaribus, et non Scho-
laribus, omnes & singulas tam plenarias, quàm
alias indulgentias, et peccatorum remissiones,
ac relaxationes, necnon exemptiones immuni-
tates, ceterasque gratias, facultates, indulta,
& privilegia spiritualia, & temporalia, tam
dictæ Primariæ, quam singulis alijs in quibus-
uis dictæ Societatis Collegijs, vel domibus ag-
gregatis, vel aggregandis Scholarium & alio-
rum Cōgregationibus, seu Sodalitijs hætenus
tam per dictum, quam alios quoscunque Ro-
manos Pontifices prædecessores nostros, Nos-
que & sedem Apostolicam, ac etiam Regia,
et Imperiali auctoritate, ac tam per viam ex-
tensionis, quam alias quomodolibet & quan-
docunque concessas & concessa hætenus, ac
in posterum concedenda quibuscunque alijs,
siue Scholarium dumtaxat, siue aliorum Chri-
stifidelium tantum, siue vtrorumque simul,
ac mixtim Congregationibus seu Sodalitijs in
quibuslibet Collegijs, aut domibus dictæ Socie-
tatis hucusque institutis, et in posterum in-
stituendis, eorumque Sodalibus Scholaribus,
& non Scholaribus, auctoritate Apostolica &
vigore presentium huiusmodi etiam perpetuò
communicare, illasque, & illa ad easdem om-
nes Congregationes, seu Sodalitia, eorumque
Sodales etiam non Scholares indifferenter, &
æque principaliter extendere, ac etiam illis

Aggregatis
Primariæ
& aliarum
Congrega-
tionum In-
dulgentias
communi-
candi, & cō-
cedendi.

SIXTI
V.

concedere, & largiri liberè, & licitè valeat; ita quod nunc & quodcumque in futurum ipsi Sodales Scholares, & non Scholares quicumque sint faciendo, & observando ea, quae Sodales Primariae, & aliarum Congregationum, seu Sodalitiorum praedictorum, pro indulgentijs, peccatorum remissionibus, relaxationibus, & alijs gratijs praedictis consequendis facere & exequi tenentur: ipsas indulgentias etiam plenarias, & alias huiusmodi gratias, plenariè & integrè consequantur; ac illis fruantur, & potiantur, ac si illae eis specialiter & ab initio concessae fuissent, auctoritate Apostolica tenore praesentium perpetuò indulgemus, dictique Gregorij praedecessoris litteras, & immunitates, exemptiones, facultates, privilegia, & indulta: necnon in eis contenta quaecunque, tam respectu dictarum Congregationum, seu Sodalitiorum huiusmodi, quam dicti, & pro tempore existentis Praepositi, seu Vicarij Generalis dictae Societatis, ad praedictas Congregationes seu Sodalitia Scholarium & non Scholarium etiam Christianifidelium quorumcumque, tam erectas, quam in posterum, ut praesertur, erigendas, insituendas, ac aggregandas pariter perpetuò extendimus: ita ut omnia in illis contenta, & praesentibus litteris huiusmodi concessa, indulta, & largita, ac si specialiter de verbo ad verbum eis in praesentibus inserta, eorumque

SIXTI
V.

que toti tenores expressi forent, concessa esse intelligantur. Decernentes easdem praesentes litteras sub quibuscunque similium vel dissimilium indulgentiarum, vel aliarum gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & alijs contrarijs dispositionibus, etiam in favorem Basilicae Principis Apostolorum de dicta Urbe, seu Cruciatu Sanctae, aut etiam per Nos, seu alios Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac dictam Sedem etiam motu proprio, etiam potestatis plenitudine, seu ad quorumvis Imperatorum & Regum instantiam, pro tempore quomodolibet factis, minime comprehendere, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas ac de novo concessas esse, et censeri debere, irritumque & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac voluntate nostra praedicta: necnon constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod si dictae Congregationes, aut Sodalitiae, vel eorum quaecunque aliquo modo eidem Societati vel Domibus, seu Collegijs aliquod impedimentum, seu praerudicium pro tempore attulerint, idem Praepositus, seu Vicarius, illas vel illa, aut eorum singulas



SIXTI
V
Transumptis habetur fides.

singulas vel singula, dissoluere possit. Quodque presentium transumptis etiam impressis manu Secretari ipsius Societatis, aut Notarij publici subscriptis, & persona alicuius in dignitate Ecclesiastica constituta, seu ipsius Praepositi, aut Vicarij generalis pro tempore existentis eiusdem Societatis sigillo munitis, eadem prorsus fides vbique locorum in iudicio & extra illud adhibeatur, quae adhiberetur eisdem presentibus, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, indulti, extensionis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.
Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo Quingentesimo; Octuagesimo sexto. Nonis Ianuarij. Pontificatus nostri Anno Secundo.

A. Brigantius.

Pontius Scrua.

QVIBVS omnibus & singulis praemissis tanquam rite recte & legitime factis. auctoritate & decretum dictae curiae atque nostrae interponendam duximus, & interposuimus prout interponimus praesertim per tenorem. In quorum omnium & singulorum fidei praemissorumque robur & testimonium praesentes no-

stras

infrascriptu subscribi & publicari, sigillique Reuerenda Camerae Apostolicae quo in talibus vtimur Iussimus & fecimus impressione muniti. Datum Romae In Palatio nostro Iudiciali hora vesperorum Audientiae causarum consueta sub Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi Millesimo Quingentesimo Octuagesimo septimo Indictione xv. Die vero vigesima sexta Mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri D. SIXTI diuina providentia Pape Quinti Anno Tertio. Presentibus ibidem Dominis Ioanne Iacobo de Fabijs: & Marco Antonio Bruto, eiusdem nostrae curiae Notarijs testibus ad praemissa omnia & singula vocatis habitis specialiter, atque rogatis.

*A. Bricecomes R.
Ouidius Erasmus curia
Car. Camerae Apostolicae & A. S.*

*Errata sic sunt Corrigenda.*

Pag. 52. vers. 2. ac leg. ad. p. 36. vers. 18. tempore leg. tempore p. 146. vers. 2. preferuatiuis leg. præsferuatiuis. p. 151. vers. 8. religiosi leg. Religiosi. p. 152. vers. 27. Præpositum presbyteros leg. Præpositum, presbyteros. p. 162. in margine, mæ litteræ leg. Hæ litteræ. p. 163. vers. vlti. perpetua leg. perpetuo. p. 167. vers. vlt. litteris. tam leg. litteris tam. p. 169. vers. 23. locare alienare leg. locare, alienare. p. 178. ver. vlt. Domo etiam leg. Domo, etiam. p. 184. vers. 23. Dominicam. & leg. Dominicam, & p. 191. vers. 5. dietam; à fine. leg. dietam, à fine. p. 193. ver. 11. celebrare leg. celebrare. pag. 208. vers. 7. Notarij, publici leg. Notarij publici. p. 230. vers. 18. exercitatione; atque leg. exercitatione, atque. p. 231. delenda est postilla Poenæ reseruata, & ponenda p. 232. vers. 20. p. 242. ver. 12. facultate: & auctoritate leg. facultate, & auctoritate. pag. 261. vers. 22. præsentiaris leg. priuatis. p. 266. ver. 1. excepta communicare leg. excepta, communicare. vers. penult. contrarijs leg. contrarijs.





[Faint, illegible text on the left page, possibly bleed-through from the reverse side]

[Faint, illegible text on the right page, possibly bleed-through from the reverse side]



